ε'. Πρός γε μὴν τὸ Θεῖον [e] ἰδίως εὐσεβεῖς· πρὶν γ ἀναλέξαι τ ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τ βεβήλων, παρεσε amore magis quam alii complectentes. Isti à voluptatibus tanquam à scelere abhorrent, continentiam vero *servare*, & cupiditatibus non succumbere pro virtute *maxima* ducunt. Et ipsis quidem despectui habentur nuptiæ, alienos vero liberos, dum ad *capessendas* disciplinas molles adhuc sunt, suscipientes, pro cognatis suis reputant, suisque moribus informant: non tamen matrimonium, & *legitimam* ex eo successionem tollentes, sed sibimet à procaci mulierum petulantia cavent, nullamque earum uni *viro* fidem servare *posse* persuasum habentes. *moribus & institutis. Antt.* l. 18. c. 1. §. 5.

3. Quin & divitias contemnunt, & admiranda plane inter eos obtinet bonorum communio, neque quisquam apud eos inveniri potest qui plura aliis possidet. Lege sancitur ut qui isti sectæ nomen suum dare velint, facultates suas sodalitio communes facerent: adeo ut inter omnes neque egestatis humilitas, nec opum vis immodica appareat, sed permixtis singulorum facultatibus, unum omnium sit tanquam fratrum patrimonium. Labis autem instar oleum habent, & si quis vel invitus unctus fuerit, corpus abstergit. * nam squalere honori ducunt, & veste candida semper indui. Designatos autem communium rerum procuratores habent; & ad usus omnium singulos indiscretos. *Confer Antt.* Ibid. *Confer Antt.* Ibid.

4. Illis non est una civitas certa, sed domicilia habent multi in singulis: ac suæ sectæ hominibus aliunde advenientibus quicquid habent æque patet ac si *eorum* proprium esset, & ad eos quos nunquam viderant, quasi maxime familiares, ingrediuntur. quare cum peregre proficiscuntur, nihil omnino in victum tollunt, contra latrones tamen arma gestant. In singulis vero civitatibus certus quidam hospitum curator constituitur, qui vestes aliaque necessaria suppeditet. Amictus autem cultusque corporis † qualis puerorum, in metu & sub cura magistri agentium, esse solet. Imo nec vestem nec calceos mutant, donec priora vel discissa omnino fuerint vel vetustate detrita. Nihil inter se emunt, nec vendunt quicquam; sed egenti unusquisque è suis largiens, vicissim ab eo, quod sibi usui sit, accipit: & si nihil mutuo rependant, eos tamen à quibuscunque velint, accipere nihil vetat.

5. Cæterum erga Deum pietate *sunt* singulari: nihil enim ‡ profani ante solis ortum loquuntur, sed *Confer Antt.* l. 18. c. 1. §. 5.

[b] Φιλάλληλοι—πλέον.] Hoc modo legisse videtur *Rufinus*, Φιλάλληλοι δὲ μᾶλλον, κ τ ἄλλων πλέον τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποτρέφονται. nam vertit, *verum inter se mutuo amore conjunctissimi; & qui præter cæteros voluptates quidem quasi maleficia vitarent*, &c. Essenorum institutis cum Pythagoricis plerumque conveniunt. *Antt.* lib. 15. c. 10. §. 4. & 5. ut lib. 18. c. 1. §. 5. Dacos enim à Zamolxide Pythagorico institutos perinde notum est atque Pythagoram ipsum sua pleraque à Judæis esse mutuatum. Facile erat utriusque sectæ dogmata moresque conferre; sed ab hoc labore tanquam supervacaneo abstinemus, cum Pythagoræ instituta nemo nesciat. ALDR. Conf. infr. §. 14. SPANH.

[i] Ὑποπίπτειν,] *Rost.* Ὑποκύπτειν.

[k] Ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι.] *Rufinus*, qui ἀρετὴν *virtutem maximam* interpretatur, non aliter legit; sed ἀρετὴν rectè intellexit ἐμφατικὰς esse sumendum. ALDR.

[l] Ἑαυτῶν.] *Rost.* Ἑαυτοῖς.

[m] Καὶ—πίστιν.] Illa κ μηδ. τ. π. τ: π. ἕ. πίστιν desiderantur apud *Porphyrium*, in lib. IV. *de Abstinentia*, §. XI. ut & apud *Eusebium* de *Prep. Evang.* lib. IX. cap. III. HUDS. Hæc omittunt *Porphyrius* & *Eusebius*. Ox. SPANH.

[n] Κοινωνητικόν] Κοινωνικὸν *Porphyr. Euseb. Busb. Rost.* etiam & *Lugd. Bat.* & *Rhed.* HUDS. SPANH.

[o] Τὸ ἔλαιον,] Τὸ ἔλαιον. *Porph.* & *Euseb.*

[p] Ἀλιφῇ] Ἀλειφῇ *Porph.* ἀλειφθῇ *Euseb.* HUDS. Pro ἀλιφῇ *Porphyr.* ἀλειφῇ *Euseb.* ἀλειφθῇ. Ox. SPANH.

[q] Οἱ τ κοινῶν ἐπιμεληταὶ,] Illud οἱ deest *Porph.*

[r] Ἀδιαίρετοι] *Lugd. Bat.* Αἱρετοὶ.

[s] Αὐτῶν πόλις,] Αὐτοῖς *Bod.*

[t] Κατοικοῦσι πολλοί.] Ita cum *Cod. Busb.*

[v] Αἱρετισταῖς] Sic *Big.* (*Lugd. Bat.*) *Busb. Rhed. Bod.* & *Euseb.* (ἀφέσεσιν *Rost.*) αἱρεσιώταις *Bas.* & *Gen.* αἱρεσιώταις *Porph.* HUDS.

[x] Καὶ πρὸς—διὸ καὶ] Ἀναπέπλασται τὰ παρ' ἀλλήλοισιν, κ οἱ πρῶτον ἰδόντες εἰσίασιν ὥσπερ [ὡς πρὸς *Euseb.*] συνήθεις. διὸ ὑπὲρ ἐπικομιζόμενοι λαβεῖν ὕπνον. *Porph.* & *Euseb.* reliquis omissis. HUDS.

[y] Οὐδὲν μὲ ὅλως] *Lugd. Bat.* Οὐδὲν ὅλως.

[z] Ἐν ἑκάστῃ πόλει] Nota in urbibus Essenos. REI.

[a] Ἐξαιρέτως] Ita ex *Lugd. Bat.* Reliqui ἐξαίρετον. HAV.

[b] Διαῤῥαγῆναι] Ita *Big. Porphyr. Euseb.* Ox. SPANH.

[c] Οὐδὲν δὲ ἐν ἀλλήλοις] Οὐδὲν ὃ ἐν ἀλλ. *Busb. Bod.* & *Rhed.* οὐδ' ἀγοράζουσί τι οὐδὲ π. *Porph.* & *Euseb.* HUDS. Inserui δὲ quod *Lugd. Bat.* etiam agnoscit. HAV.

[d] Τὰ παρ' αὐτοῦ,] Τὰ παρ' ἑαυτοῦ *Porph.* & *Euseb.* παρ' αὐτοῦ *Bod.*

[e] Ἰδίως εὐσεβεῖς.] Ἰδίως *præcipue*, ut vertit *Rufinus*, seu potius *peculiari modo*. Apud *Josephum* lib. 18. c. 1. §. 5. dicuntur βέλτιστοι ἄνδρες τ τρόπον. quod nequaquam diceret, si Essenos *Solicolas* h. e. ididolatras esse censuisset. Quare quod mox sequitur εἰς αὐτὸν benigna interpretatione leniendum est. Exstant in sacris quoque literis εὐχαὶ, πρὸς τ Θεὸν quidem, sed & εἰς τ ἥλιον. v. g. *Psal.* XIX. 4. 5. 6. & CIV. 19—23. qui locus Essenorum proposito valde est accommodatus. Quod si Esseni, ut existimat *Serarius*, solem ipsum *per prosopopœiam appellaverint ut felix faustusque oriretur omnibus*, poterant se tueri Solomonis exemplo, qui ventos similiter appellavit. *Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Cant.* IV. 6. ALDR. Illa εἰς ἥλιον ita interpretanda censeo, ut intelligatur, illos bis singulis diebus, h. e. ad ortum & occasum solis, *facie versus solem conversa* solennes orationes habuisse. BERNARDUS.

* Squalorem decorem putant, dummodo semper in veste sint candida, *Ruf.* Squalorem non secus ac perpetuum candidæ vestis usum honori ducunt. *Viger.*

† Omnibus pueris in metu & sub cura magistri agentibus par est, *Ruf.*

‡ *Al.* de rebus profanis.

sed patria quædam vota ei nuncupant, quasi ut illucescat obsecrantes. Tum ad eam quam quisque novit artem à curatoribus dimittuntur, in qua perpetuo & continenti ad quintam horam labore versati, eundem simul in locum denuo conveniunt, ac lineis præcincti velaminibus, ita *demum* corpus frigida abluunt: moxque ab ea lustratione proprium in domicilium, quo alterius sectæ nemini pedem inferre licet, una omnes confluunt; ipsique ab omni labe puri, non aliter ad cœnaculum, quam ad delubrum quoddam sanctius, accedunt. atque ubi placide ac quiete consederint, pistor quidem panes suo cuique ordine apponit; coquus vero singulis unum pulmenti ejusdem vasculum apponit. Sacerdos autem antequam cibum capiunt preces adhibet, nec ulli ante precationem quicquam gustare fas est. *Idem* finito prandio iterum precatur; & cum *edere* incipiunt & desinunt, Deum venerantur, ut qui omnia ad victum largiatur. Tunc * vestibus quasi sacris depositis, rursum ad opera sua redeunt usque ad vespertinum crepusculum: atque inde reversi cœnam eodem *quo prandium* ritu sumunt, considentibus simul hospitibus, si qui forte advenerint. Neque vero clamor unquam aut tumultus domum contaminat, sed loquendi vices ordine alii aliis concedunt: illisque qui foris sunt horrendi instar mysterii videtur silentium eorum qui intus sunt. Hujus autem rei causa perpetua sobrietas; † & cibi & potionis usque ad satietatem dimensio.

6. Et cæterorum quidem nihil est quod sine ‡ curatorum mandato faciunt: duo vero ista in ipsorum potestate sunt, alios juvare, eorumque misereri. Nam dignis, quandocunque aliquid ab iis peterent, suo arbitrio cuique licet, ut & egentibus alimenta porrigere: sed cognatis aliquid donare nisi jussu curatorum non permissum est. Iræ dispensatores justi *sunt*, iracundiæ coërcitores, fidei antistites, pacis administri. Et quicquid ab ipsis quidem dictum sit firmius est jurejurando: jurare autem ipsis *supervacuum est, ita ut perjurio pejus æstiment. jamjam enim eum damnatum dicunt, cui absque Deo nequaquam creditur. Mirabile autem studium collocant in veterum scriptis *pervolutandis*, ex quibus ea maxime deligunt, quæ animæ corporique conducant. hinc diligenter investigant & radices remediis afferendis idoneas, & lapidum proprietates quibus medicinam morbis faciant.

τρίτης δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥσπερ ἐκ παραδόσεως ἀναπέμπει μὴ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν ὑπὸ τῆς ἐπιμελητοῦς [f] ἀφθορίας, καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν [g] ἀθροίζονται χωρίον, ζωσάμενοί τε [h] σκεπάσμασι λινοῖς, [i] ὅτως ἀπολύονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι· καὶ μετὰ ταύτην [k] ἀγνείαν, εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἔνθα μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων [l] ἐπιτέτραπται παρελθεῖν· αὐτοί τε καθαροὶ καθάρῳ [m] εἰς ἅγιόν τι τέμενος παραγίνονται τὸ δειπνητήριον. καὶ καθισάντων μετὰ ἡσυχίας, ὁ μὲν σιτοποιὸς ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ [n] παραλίθησι. προκαλεύχεται δὲ ὁ ἱερεὺς [o] τῆς τροφῆς, καὶ γεύσασθαί τινα [p] πρὸ τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. [q] ἀριστοποιησάμενος [r] ἐπεύχεται [s] πάλιν· ἐχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν Θεὸν, [t] ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς. ἔπειτα ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐδῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης τρέπονται. δειπνοῦσι δὲ ὑποστρέψαντες ὁμοίως συγκαθεζομένων τῶν ξένων, εἴ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. οὐδὲ κραυγὴ πώποτε τὸν οἶκον, [v] οὔτε θόρυβος [x] μολύνει, τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις· καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς μυστηρίου τινὸς φρικτοῦ, ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. [y] τούτου δὲ αἴτιον [z] ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου.

ζ'. [a] Τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅ, τι μὴ τῆς ἐπιμελητοῦς προστάξαντος ἐνεργοῦσι· δύο δὲ ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ἐπικουρία καὶ ἔλεος. βοηθεῖν τε γὰρ τοῖς ἀξίοις, ὁπόταν δέωνται, καὶ [b] κατ' αὐτοὺς ἀφιέναι, καὶ τροφὰς ἀπορουμένοις ὀρέγειν. τὰς δὲ εἰς τοὺς συγγενεῖς μεταδόσεις οὐκ ἔξεστι ποιεῖσθαι δίχα τῆς ἐπιτρόπων. ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμοῦ κατεχικοί, πίστεως προστάται, εἰρήνης ὑπουργοί. καὶ πᾶν μὲν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου· [c] τὸ δὲ ὀμνύειν [d] αὐτοὺς φεύγεται, χεῖρόν τι τῆς ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη γὰρ ἤδη καταγνωσθαι φασὶ τὸν ἀπιστούμενον, δίχα Θεοῦ. σπουδάζουσι δὲ ἐκτόπως περὶ [e] τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα τὰ πρὸς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλέγοντες. ἔνθεν αὐτοῖς πρὸς θεραπείαν παθῶν, ῥίζαι τε ἀλεξιτήριοι, καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερευνῶνται.

ζ'. [f] Τῷ

---

*f* Διαφθίνται,] Ἀφθῖται *Euseb.* εἶναι ἀφθίτους *Porph.* ἀφθίτους *Euseb.* HUDS.

*g* Ἀθροίζονται] *Rost.* Συνάγονται.

*h* Σκεπάσμασι λινοῖς,] Σκέπασι *Porph.*

*i* Οὕτως ἀπολύονται—ὕδασι.] Adnotavit in Codice meo locum Johannis Ev. cap. 4. v. 6. *Coccejus.* Conf. inf. §. 7. & 13. & Lucian. in Dea Syria. p. 912. HAV.

*k* Ἁγνείαν,] Frigida ἀγνεία. REL.

*l* Ἐπιτέτραπται παρελθεῖν.] *Adspirare licet* pro *pervenire*, eleganter, uti apud Ciceronem. REL.

*m* Εἰς ἅγιόν τι τέμενος] Voculam τι non agnoscit. *Lugd. Bat.*

*n* Παρατίθησι.] Vocem παρατίθησι nec agnoscunt *Porph.* & *Euseb.* nec *Rufinus.* & commode satis abesse potest. Πάντοτε προσάγει apud *Cedrenum* in *Hist. Compendio*, pag. 199. HUDS.

*o* Τῆς τροφῆς,] Τῆς τροφῆς ἀγνῆς ὕστις καὶ καθαρᾶς καὶ γνώσεως *Porph.* & *Euseb.* immo & τινι pro τινα habet *Porph.*

*p* Πρὸ τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον.] Ex *Lugd. Bat.* alii πρὶν τ. ε. α. HAV.

*q* Ἀριστοποιησάμενος] Ἀριστοποιησάμενος δὲ *Big.* (*Lugd. Bat.*) *Bod. Rhed.* & *Euseb.* ἀριστοποιησαμένους γ'. *Porph.* ἀριστησάντων *Cedren.*

*r* Ἐπεύχεται] Δὶς ἐπευχ. *Big. Bod. Euseb.* ἀριστοποιησαμένους γ'. *Porph.* Ox. SPANH.

*s* Πάλιν.] Μᾶλλον *Euseb.* HUDS.

*t* Ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς.] Illa ὡς χ. τ. τροφῆς desunt *Porph.* & *Euseb.* HUDS.

*v* Οὔτε θόρυβος] *Rost.* ἢ θόρυβος.

*x* Μολύνει,] Μιαίνει *Porph.* & *Euseb.*

*y* Τούτου δὲ αἴτιον] Ita *Big.* (*Lugd. Bat. Rost.*) *Busb. Porph.* & *Euseb.* τοῦτο *Bas.* & *Gen.* HUDS.

*z* Ἡ διηνεκὴς νῆψις,] Si cum hoc loco committatur alius *Cedreni*, p. 190. *Editionis Regiæ*, ubi dicitur, μετὰ τὴν συνήθη σιωπὴν καὶ σεμνοπρεπῆ κάθαρσιν, ἐπ' ὀλίγας πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνίρχονται, τοὺς βραχυτάτους ὕπνους καὶ κεφαλάτους ἐκτιναξόμενοι, ὅπερ ἐστὶν αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, &c. forsan alicui mirari subeat eorundem diversitatem. Nam apud *Josephum* de somno ne verbum quidem: rectius tamen sobrietas dicitur esse causa *somni brevis levisque* quam *silentii*. Videsis *Cotelerii* notas ad *PP. Apostol.* p. 261.

*a* Τῶν μὲν] Tota hæc paragraphe desideratur apud *Porph.* & *Euseb.* HUDS.

*b* Κατ' αὐτοὺς ἀφιέναι,] Καθ' ἑαυτοὺς ἀφιέναι *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Bod.* καθ' αὐτοὺς ἀφ. *Rhed.*

*c* Τὸ δὲ ὀμνύειν] Nihilominus §. 9. jusjurandum dabant se religionem observaturos. Quare quod hic dicitur eodem sensu capiendum est quo apud Pythagoricos: qui quem prohibent jurare, non ab omni prorsus juramento, idque semper abstinere volunt; sed non jurare nisi postulet necessitas, & res inciderit juramento digna. *Hiero. Comment.* p. 34. 222. ALDR.

*d* Αὐτοῖς] Abest a *Lugd. Bat.*

*e* Τὰ—συγγράμματα,] Qualia erant quæ vulgo Solomonis esse ferebantur; de quibus vide *Anct.* lib. 8. cap. 2. §. 5. ALDR.

* *Sc.* quas mensæ accumbentes habebant. Vide *Possinum* in *Spicilegio Evang.* c. XLIX.

† Quodque cibum & potum justæ necessitatis lege metiantur, *Viger.* *Al.* justæ saturitatis lege metiantur. *Al.* quòd cibum & potum tantum adhibeant ad satianda naturæ desideria.

‡ *Seu*, eorum qui ipsis à sodalitio præficerentur.

* *Al.* Jusjurandum vitant, rati id esse deterius perjurio.

ζ'. [f] Τῷ δ' ἑ ζηλῶσι τ' [11] αἵρεσιν [g] αὐτῶν οὐκ εὐθὺς ἡ [h] πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω [i] μένουσι τ' αὐτὴν ὑποτίθεται διαίταν, [k] ἀξινάριόν τε, [l] καὶ τὸ προειρημένον ἔνδυμα, καὶ λευκὴν ἑαυτοῖς δίδωσι. ἐπειδὰν δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῷ, προέσεισι μὲν ἔγγιον τῆ διαίτῃ, καὶ [m] καθαρωτέρων τ' πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει· οὐδ' οὕτω δὲ εἰς τὰς συνεδρίασεις ἐνδέπει. μετὰ γὰρ τὴν καρτερίας ἐπίδειξιν, δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι τὸ ἦθος δοκιμάζεται· καὶ φανεὶς ἄξιος, ὅτως εἰς τ' ὅμιλον ἐγκρίνεται. πρὶν δὲ τ' κοινῆς ἅψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὄμνυσι φρικώδεις, πρῶτον μὲν εὐσεβήσειν τὸ Θεῖον, ἔπειτα τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια [n] φυλάξειν, καὶ μήτε κατ' γνώμην βλάψειν τινὰ μήτε ἐξ ἐπιτάγματος, μισήσειν δ' ἀεὶ τοὺς ἀδίκους καὶ [o] συναγωνιεῖσθαι τοῖς δικαίοις. τὸ πίστιν ἀεὶ παρέξειν πᾶσι, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν, ἐπεὶ δίχα Θεοῦ οὐδεὶς γίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν. κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδέποτε ὑπεροπτικῶς ἐξουσιάσειν εἰς τ' ἐξουσίαν· μηδὲ ἑαυτὸν, ἢ τινι τῶν ἰδίων κόσμῳ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ὑπερλαμπρύνειν. τ' ἀλήθειαν ἀγαπᾶν ἀεὶ, καὶ τοὺς [p] ψευδομένους ἐλέγχειν [q] προκαθίσειν. χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν ἀνοσίου κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τῶν [r] αἱρετιστῶν, μήτε ἑτέροις αὐτῶν τι μηνύσειν, κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. πρὸς τούτοις, ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδώσειν τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς [s] μετέλαβεν· ἀφέξεσθαι δὲ λῃστείας, καὶ συνεπόμενον ὁμοίως τά τε τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ [t] τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. [v] τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἐξασφαλίζονται.

η'. Τοὺς δ' ἐπ' ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασιν ἀλόντας, ἐκβάλλουσι δὲ τάγματος· ὁ δ' ἐκπεσὼν, οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ ἀπόλλυται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν [x] ἐνδεδεμένος, [y] οὐδὲ τ' τοῖς ἄλλοις τροφῆς [z] δύναται μεταλαμβάνειν, [a] ποηφαγῶν δ' καὶ λιμῷ τὸ σῶμα [b] τηκόμενος ἀπόλλυται. διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν ταῖς ἐσχάταις [c] ἀναπνοαῖς [d] ἀνέλαβον, [e] ἱκανὴν δίκην τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τ' μέχρι θανάτου βάσανον [f] ἡγούμενοι.

θ'. [g] Περὶ δὲ τὰς κρίσεις ἀκριβέσταλοι, καὶ δίκαιοι· καὶ δικάζουσι μὲν οὐκ ἐλάττους τ' ἑκατὸν συνελθόντες.

7. Porro ei qui hujus sectæ studio tenetur, non continuo patet ingressus, sed foris annum integrum manenti * genus idem vitæ præscribunt, & dolabellam & cingulum prædictum & vestem candidam tradunt. Postquam vero hoc temporis intervallo continentiæ suæ documenta dederit, propius quidem ad instituti communionem accedit, ac purioribus aquis una cum cæteris lustrari incipit: necdum tamen ad victum admittitur. nam per duos ulterius annos, postquam tolerantiam suam palam fecerit, mores ejus explorant: & si dignus apparuerit, tum demum in consortium admittitur. Priusquam vero communem cibum attingat, horrendis semet illis juramentis adstringit. primum quidem, pie se culturum Deum; deinde & jus servaturum cum hominibus; & neque se læsurum quenquam sive sponte sive ex imperato; injuriosos vero omnes odio perpetuo habiturum, & justis adjutorem fore. fidem se semper omnibus servaturum, maximeque iis qui imperant; quod nemini sine Deo obveniat imperandi potestas. Quod si ipse imperium fuerit adeptus, non superbe & petulanter uti potestate; neque vestitu aut ornatu cæteros subditos exsuperare. Veritatem semper amare; propositumque habere mentientes redarguere. Manus à furto, & animum ab iniquo quæstu purum custoditurum. Nihil se celaturum sodales *de dogmatis*, neque aliis aliquid indicaturum, nec si ad mortem cogatur. Præterea, jurant quisque nemini quidem se aliter dogmata proditurum quam ipse acceperit: se vero abstenturum latrociniis, parique reverentia servaturum sectæ suæ libros & angelorum nomina. Hujusmodi quidem juramentis ad cœtum suum venientes sibimet devinciunt.

8. Deprehensos vero in peccatis gravioribus ex ordine suo ejiciunt, isque cui contigit è cœtu ejici, non raro mortem obit miserrimam. Nam juramentis & ritibus obligatus ne aliorum quidem escis uti potest; sed dum herbas comedit corpus fame tabescit, atque ita interit. Quam ob rem etiam ipsi plurimos miserati, extremum jam agentes spiritum receperunt; pro peccatis satis pœnarum, quod ad mortem usque fuerint cruciati, dedisse existimantes.

9. Judicia autem accuratissime exercent, & juste: & judicant quidem centeni ad minimum congre- *Confer Antt. l. 18. c. 1. §. 5.*

[f] Τῷ δὲ ζηλῶσι τὴν αἵρεσιν] Ita *Busb.* & *Rhed*, τοῖς ἢ ζηλῶσι in *cæteris*.

[g] Αὐτῶν] Αὐτῶν deest *Porph.* & *Euseb.*

[h] Πάροδος,] *Lugd. Bat.* Παράδοσις.

[i] Μένουσι] *Lugd. Bat.* Μένωσι.

[k] Ἀξινάριον τε,] *Rost.* Ξινάριόν τε.

[l] Καὶ τὸ προειρημένον] Καὶ περίζωμα δόντες καὶ λευκὴν ἐσθῆτα *Porph.* & *Euseb.* HUDS. Προειρημένον deest in *Euseb. Porph. Ox.* SPANH.

[m] Καθαρωτέρων] Καθαρώτερον, *Porph.* ut & *Euseb.* qui tamen in margine habet καθαρωτέρων. HUDS. Καθαρώτερον *Porph. Euseb. Ox.* SPANH.

[n] Φυλάξειν,] Διαφυλάξειν *Porph.* HUDS. SPANH.

[o] Συναγωνιεῖσθαι] Συναγωνίζεσθαι *Porph.* συναδικεῖσθαι *Euseb.* HUDS. Συναγωνίζεσθαι *Porph.* SPANH.

[p] Ψευδομένους ἐλέγχειν] Ita sane *Rufinus*, qui vertit, *& habere propositum convincere mentientes.* Ψευδομένους ἀποκάλλεσθαι *Euseb.* Ψευδομένους προκάλλεσθαι *Porph.* quod non repudiandum putat *Victorius*; cum προκάλλεσθαι capi possit pro *odio prosequi*, ut apud *Plutarchum* in *Commentario de Iside*. HUDS. Aliam lectionem exhibet *Lugd. Bat.* hanc videlicet ψευδομένους ἐλέγχειν, μὴ προβάλλεσθαι χεῖρας κλοπῆς, &c. quæ tamen mihi sincera non videtur, quum illa χεῖρας κλοπῆς pariter ut sequentia melius cum φυλάξειν, quam cum προκάλλεσθαι cohæreant. Præterea ineptum quodammodo erat & absurdum, omnia movere ut convincerentur. HAV.

[q] Προκάλλεσθαι.] Ἀποκάλλεσθαι *Euseb.* ἐλέγχειν καὶ προκάλλεσθαι. *Porph. Oxon.* SPANH.

[r] Αἱρετιστῶν,] Conf. supr. §. 2. SPANH.

[s] Μετέλαβεν.] Παρέλαβεν *Porph.* & *Euseb.* HUDS. Παρέλαβον *Porph. Euseb. Oxon.* SPANH.

[t] Τὰ τῶν—ὀνόματα.] Difficile dictu est cur Esseni Angelorum nomina custodierint. An quod iis ad morborum remedia in carminibus suis uterentur? An quod Angelis cultum aliquem exhiberent; quem nempe damnat *Apostolus* in *Col.* II. 8.? Certe reliqua quæ ibidem damnantur Essenorum sunt, & Essenis conveniunt præter cæteros. ALDR. An scribendum ἁγνειῶν potius? ut ita sese obstringant, profanis non prodituros ritus & appellationes modorum quibus lustrari & purificari solebant. Ita certe superius §. 5. dixit καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν, &c. illos congregari, & modo dixit vel mortis periculo arcana tevelare non licuisse. HAV.

[v] Τοιούτοις—διαφθείρει.] Pro istis τοιούτοις μὲν ὅρκοις, &c. usque τοῖς γὰρ ὅρκοις v. 5. *Porph.* & *Euseb.* hæc habent, τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι. οἱ δὲ ἀλόντες καὶ ἐκβληθέντες κακῷ μόρῳ φθείρονται. HUDS. Pro τοιοῦτ. μὲ τ. προσιο. ἐξασ. tum *Porphyr.* tum *Euseb.* τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι οἱ δὲ ἐκβληθέντες κακῷ μόρῳ φθείρονται. SPANH.

[x] Ἐνδεδεμένος,] Ἐνδιδεμένοι & statim δύνανται *Porph.* & *Euseb.* HUDS. Ἐνδεδεμένοι *Porphyr. Euseb. Ox.* SPANH.

[y] Οὐδὲ—τροφῆς] *Rost.* Οὐδὲ παρὰ τ. α. τροφήν.

[z] Δύναται] Δυναῖ) iidem. SPANH.

[a] Ποηφαγῶν] Ποιηφαγοῦντες δὲ κ. λ. τ. σῶμα ἀφθειρόμενοι ἀπόλλυται) *Porph.* & *Euseb.* HUDS. Ποιηφαγοῦντες iidem SPANH.

[b] Τηκόμενος ἀφθείρει] Pro τηκ. ἀφθ. *Porph. Euseb.* ἀφθειρόμενοι ἀπόλλυται) *Ox.* SPANH.

[c] Ἀναπνοαῖς] Ἀνάγκαις ἀνέλαβον *Euseb.* ἀνάγκαις ἔλαβον *Porph.* HUDS. Pro ἀναπ. iidem ἀνάγκαις. *Ox.* SPANH.

[d] Ἀνέλαβον,] Ἔλαβον pro ἀνέλαβον. *Euseb.* SPANH.

[e] Ἱκανὴν—βάσανον] Ἱκανὴν τιμωρίαν δεδωκέναι νομίζοντες *Porph.* & *Euseb.* omisso quod statim sequitur ἡγούμενοι. HUDS. Ἱκανὴν τιμωρίαν εἶναι νομίζοντες *Porph.* & *Euseb. Ox.* SPANH.

[f] Ἡγούμενοι.] Ἡγούμενοι deest in *Porph.* & *Euseb. Ox.* SPANH.

[g] Περὶ—καὶ δίκαιοι.] Totam hanc sectionem desiderant *Porph.* & *Euseb.* HUDS. Περὶ δὲ τὰς κρισ. &c. desunt in *Porphyr.* & *Euseb. Ox.* Sic *Exod.* XVI. 23. XXV. 3. *Jerem.* XVII. 22. SPANH.

* Eundem victus ordinem, *Ruf.* Ejusdem victus usum, *Xyland.*

gregati. quod vero ab iis *semel* decretum fuerit, fixum manet & immobile. Venerationem quoque post Deum maximam apud eos habet legislatoris nomen: & morte multari quicunque ei maledixerit. Ætate grandioribus numeroque majoribus obtemperare, pulchrum esse ducunt: adeo ut cum decem consederint, non est ut *unus* aliquis loquatur, si novem inviti fuerint. Cavent etiam in medium eorum vel in dextram sui partem exspuere; & sabbatis manum operi admovere, *fugiunt* maxime omnium Judæorum. nam non solum pridie ejus diei cibum sibi præparant, ut illo die ignem non accendant; sed neque vas ullum loco movere audent, nec alvum exonerare. Aliis autem diebus scrobem ad unius pedis altitudinem sarculo excavantes (datur enim ejusmodi securicula iis qui recens admissi sunt) circumtegentes *eam* amiculo, ne Dei radiis injuriam facerent, in eam excernunt, deinde effossam terram in scrobem retrahunt; idque faciunt loca secretiora deligentes. & quamvis à natura sit ista sordium corporis excretio, illis tamen solenne est ut post eam abluantur, haud secus ac si polluti fuissent.

10. Distincti autem sunt, juxta tempus quo sese *in ista disciplina* exercuerunt, in quatuor classes: atque juniores adeo senioribus inferiores habentur; ut, si aliquos eorum forte contigerint, illi, ac si alienigenæ sese commiscuissent, semet abluant. Et longævi quidem, ita ut multi ultra centesimum annum extendant ætatem, propter victus simplicitatem, ut mihi videtur, & adhibitam ab illis moderationem. Rerum vero adversarum contemptores, & dolores vincunt animi magnitudine; mortemque, si cum gloria accedat, etiam immortalitati præferendam ducunt. Imo, quali in omnibus animo fuerint, egregio documento erat bellum cum Romanis gestum. in quo torti & distracti, flammisque usti & fracti, & cæteris omnibus cruciatuum machinis tentati, ut vel legum suarum auctori maledicerent, vel cibi aliquid inconsueti comederent; alterutrum *tamen* ut facerent induci non potuerunt, nedum ut tortores suos blandius alloquerentur, aut unam effunderent lachrymulam; sed in mediis tormentorum doloribus subridentes, ipsosque carnifices irrisione excipientes, animas alacriter dimiserunt, tanquam denuo eas recepturi.

*Confer Antt.* l. 18. c. 1. §. 5.

11. Nam & ista apud eos obtinuit opinio, corpora quidem esse interitui obnoxia, nec materiam eorum permanere, animas vero immortales in omne ævum durare; & ex æthere subtilissimo prodeuntes in corporum complexum tanquam in custodiam

τὸ δὲ ὁριθὲν ὑπ' αὐτῶν ἀκίνητον. σέβας δὲ μέγιστον παρ' αὐτοῖς μετὰ Θεὸν, τὸ ὄνομα τοῦ νομοθέτου. κἂν βλασφημήσῃ τις εἰς τοῦτον, [h] κολάζεται θανάτῳ. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πλείοσιν, ἐν καλῷ τίθενται. δέκα γοῦν συγκαθεζομένων, [i] οὐκ ἂν λαλήσειέ τις ἀκόντων τῶν ἐννέα. καὶ τὸ πτύσαι δὲ εἰς μέσους ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσουσι· καὶ ταῖς ἑβδομάσιν ἔργων ἐφάπτεται, μᾶλλον φορώτατα Ἰουδαίων ἁπάντων. [k] οὐ μόνον γὰρ τροφὰς ἑαυτοῖς πρὸ ἡμέρας μιᾶς παρασκευάζουσιν, ὡς μηδὲ πῦρ [l] ἀναύσειν [m] ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. ἀλλ' οὐδὲ σκεῦός τι μεταχωῆσαι θαρροῦσιν, οὐδὲ [n] ἀποπατεῖν. [o] ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις βόθρον ὀρύσσοντες βάθος πλατεῖαν [p] τῇ σκαλίδι, τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ διδόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀξινίδιον τοῖς νεοσυστάτοις, καὶ περικαλύψαντες [q] θοιμαλίῳ, [r] ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν τοῦ Θεοῦ, θακεύσιν εἰς αὐτὸν, ἔπειτα τὴν ἀνορυχθεῖσαν γῆν ἐφέλκουσιν εἰς τὸν βόθρον, καὶ τοῦτο ποιοῦσι τοὺς ἐρημοτέρους τόπους ἐκλεγόμενοι. καίπερ δὴ φυσικῆς οὔσης τῆς τῶν σωματικῶν λυμάτων ἐκκρίσεως, ἀπολούεται μετ' αὐτὴν, καθάπερ μεμιαμμένοις, ἔθιμον.

ι'. Διήρηται δὲ, κατὰ χρόνον τῆς ἀσκήσεως, εἰς μοίρας τέσσαρας· καὶ τοσοῦτον οἱ μεταγενέστεροι τῶν προγενεστέρων ἐλαττοῦνται, ὥστε εἰ ψαύσειαν αὐτῶν ἐκείνους ἀπολούεται, καθάπερ ἀλλοφύλῳ [s] συμφυρέντας. καὶ μακρόβιοι μὲν, ὡς τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν [t] παρατείνειν ἔτη, διὰ τὴν ἀπλότητα τῆς διαίτης, ἐμοί γε δοκεῖν καὶ τὴν εὐταξίαν. [v] καταφρονηταὶ δὲ τῶν δεινῶν, καὶ τὰς μὲν ἀλγηδόνας νικῶντες τοῖς φρονήμασι, τὸν δὲ θάνατον, εἰ μετ' εὐκλείας προσοίη, νομίζοντες ἀθανασίας ἀμείνω. διήλεγξε δ' αὐτῶν ἐν ἅπασι τὰς ψυχὰς, ὁ πρὸς Ρωμαίους πόλεμος. ἐν ᾧ στρεβλούμενοι καὶ λυγιζόμενοι, καιόμενοί τε καὶ κλώμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων, [x] οὐδετέρου τι ὑπέμειναν παθεῖν, ἀλλ' οὐδὲ κολακεῦσαί πω τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρύσαι. μειδιῶντες δὲ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ κατειρωνευόμενοι τὰς βασάνους προσφερόντων, εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἀφίεσαν, [y] ὡς πάλιν κομιούμενοι.

ια'. Καὶ διέρρωται παρ' αὐτοῖς [z] ἥδε ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτοῖς, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν, καὶ συμπλέκεσθαι μὲν, ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας [a] αἰθέ-

[h] Κολάζεται θανάτῳ.] Κολάζεται *Rhed.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

[i] Οὐκ ἂν λαλήσειέ τις] Οὐ κενὸν λ. *Rhed.*

[k] Οὐ μόνον γὰρ τροφὰς] Die sexto cibos parare, & ignem sabbato non accendere, commune erat omnium Judæorum & diserte præscriptum, *Exod.* XVI. 23. XXXV. 3. item onus non tollere, *Jer.* XVII. 22. & ab opere famulo abstinere, *Exod.* XX. 9. *Num.* XXVIII. 18. Sed nec vasculum transferre, nec exonerare ventrem, utrumque Essenorum peculiare. Hujus itaque commatis sensus est, quod *Esseni sabbatum colunt egregie præter cæteros: quippe* non ea tantum faciunt quæ Judæi omnes, *non tantum cibos sibi pridie parant, ne videlicet in eo die ignem accendant*; *sed* & ab iis abstinent quæ licere sibi cæteri arbitrantur; *neque vasculum transferre audent, nec levare alvum.* ALDR.

[l] Ἀναύσειν] Aut ἀναύσειν ἐκείνην τὴν ἡμέραν, aut ἀνάπτοιεν ἐκείνην τ. ἡ. aut ἅπτοιεν ἐκείνην τ. ἡ. in *MSS.*

[m] Ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.] Ἐκείνην τὴν ἡμέραν *MSS.* omnes *Oxon.* SPANH.

[n] Ἀποπατεῖν.] *Rost.* Ἀποκάτυσι.

[o] Ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις] Apud *Porph.* & *Euseb.* pro istis, ταῖς δ' ἄλλ. &c. usque ad κολακεῦσαι. ad fin. §. 13. sequentia habemus. τὴν δὲ σκαλίδα διδόασι τοῖς μέλλουσιν αἱρετιστάς, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἄλλως ἐν θακεύσιν ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος πλατεῖαν, περικαλύψαντές τι θοιμαλίῳ ὡς μὴ ταῖς αὐταῖς ὑβρίζειν [αὐγαῖς ὑβρίζων *Euseb.*] τοῦ Θεοῦ, τοσαύτη δὲ [μάν ἐστιν *Porph.*] αὐτῶν ἡ λιτότης ἡ περὶ τὴν δίαιταν καὶ ὀλιγότης, ὡς τῇ ἐδωδιμοῦ μὴ δεῖσαι κενώσεως, ἣν τηρεῖν εἰώθασιν εἰς τοὺς ὑμνους τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς ἀνάπαυσιν. [ἐκ τοῦ *Euseb.*] τὴν ἀσκησίαν ταύτην τοσαύτην πεποίηνται τὴν καρτερίαν, ὡς στρεβλούμενοι καὶ λυγιζόμενοι, καὶ καιόμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων [ἵνα] ἢ βλασφημήσωσι τὸν νομοθέτην ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων οὐδ' ἕτερον ὑπομένειν. διεδείξαν δὲ τοῦτο ἐν τῷ πρὸς Ρωμαίους πολέμῳ, ἐπεὶ οὐδὲ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζομένους ἢ δακρῦσαι ὑπομένουσι, μειδιῶντες δ' ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, &c. ALDR. Ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμερ. Hæc & sequentia paulo aliter apud *Porphyr.* & *Euseb.* vid. Ox. SPANH.

[p] Τῇ σκαλίδι,] Hinc erudite explicat *Scaliger* cur Esseni vetarent in sabbato ἀποπατεῖν. Nam sarculum (inquit) sive σκαλίδα gestabant, qua scrobiculum deprimerent, in quem egererent. At in sabbato nullum σκεῦος tollere aut transferre licet, quale est sarculum. In eorum quoque præceptis & Regulæ canonibus, illud præceptum *Deut.* XXIII. 12. 13. de paxillo & scrobiculo fodiendo continebatur. Quare non poterant alvum levare nisi opus facerent, quod non licet in sabbato. *Elench. Trihæres.* c. 26. p. 353. ALDR.

[q] Θοιμαλίῳ,] Ita cum *Porph.* θομάτιον in *cæteris.*

[r] Ὡς μὴ τὰς αὐγὰς] Ὡς μὴ ταῖς αὐταῖς ὑβρίζειν τὸν θεὸν, *Porph.* in *Editione princ.* pro quibus legit *Victorius*, ὡς μὴ ταῖς αὐγαῖς ὑβρίζειν τοῦ Θεοῦ. Vide *Salmas.* in *Exerc. Plin.* p. 611. *S. Petitum* in *Var. Lect.* lib. 2. c. 7. *Petav.* in *Miscell. Exerc.* c. 1. & *Is. Vossium* de *Sibyllinis oraculis*, p. 273.

[s] Συμφυρόντας.] Ita ex *MS.* συμφερίντας in *Editis.* HUDS. *Gen.* Συμφερίντας. vel συμφυρίντας & ita *Basil.* SPANH.

[t] Παρατείνειν] Παρατείνειν *Gen.* παραλείπειν *Big.* (*Lugd. Bat.*) Ox. SPANH.

[v] Καταφρονηταὶ—θάνατον,] Καταφρονηταὶ & sequentia paulo aliter *Porphyr.* & *Euseb.* Ox. SPANH.

[x] Οὐδετέρου] Ita ex *Lugd. Bat.* reliqui οὐδ' ἑτερόν. HAV.

[y] Ὡς πάλιν] Idem *Lugd. Bat.* non male ὡς τὸ πάλιν HAV.

[z] Ἥδε] Abest a *Lugd. Bat.*

[a] Αἰθέ-

[a] αἰθέρ@, ὥσπερ εἱρκλαῖς τοῖς σώμασιν [b] ἴυγγί τινι φυσικῇ καλασπωμένας. ἐπειδὰν δὲ [c] ἀνεθῶσι τ χ σάρκα δεσμῶν, [d] οἷα δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας τότε χαίρειν τ μετεώρους φέρεσθ. [e] τ ταῖς μ ἀγαθαῖς, ὁμοδοξοῦσι παισὶν Ἑλλήνων, ἀποφαίνονται τ ὑπὲρ ὠκεανὸν διαῖταν ἀπεῖσθαι, τ χῶρον, ὅτε ὄμβροις, ὅτε νιφετοῖς, ὅτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ ὠκεανοῦ πρανὴς ἀεὶ ζέφυρ@ ἐπιπνέων ἀναψύχῃ· ταῖς δὲ φαύλαις, ζοφώδη τ χειμέριον ἀφορίζονται μυχόν, γέμοντα τιμωριῶν ἀδιαλείπτων. δοκοῦσί δέ μοι χ τ αὐτὴν ἔννοιαν Ἕλληνες, τοῖς τε ἀνδρείοις αὐτῶν, οὓς Ἥρωας τ Ἡμιθέους καλοῦσι, τὰς μακάρων νήσους ἀπολελοιπέναι. ταῖς δὲ τ πονηρῶν ψυχαῖς, καθ' ᾅδου τ ἀοράτων χῶρον, ἔνθα τ κολαζομένους τινὰς μυθολογοῦσι, Σισύφους τ Ταντάλους, τ Ἰξίονας τ Τιτυούς, πρῶτον μὲν ἀϊδίους ὑφιστάμενοι τὰς ψυχὰς, ἔπειτα εἰς προτροπὴν ἀρετῆς τ κακίας ἀποτροπήν. τούς τε γὰρ ἀγαθοὺς γίνεσθαι χ τ βίον ἀμείνους, ἐλπίδι τιμῆς τ μετὰ τ τελευτὴν, τῶν τε κακῶν ἐμποδίζεσθ τὰς ὁρμὰς δέει, προσδοκώντων, εἰ τ λάθοιεν ὄντ τῷ ζῆν, μετ τ ἄφαλυσιν ἀθάνατον τιμωρίαν ὑφέξειν. ταῦτα μὲν ὑπὲρ ψυχῆς θεολογοῦσιν, ἄφυκτον δέλεαρ τοῖς ἅπαξ γευσαμένοις τ σοφίας αὐτῶν [f] ἐγκαθιέντες.

ις'. [g] Εἰσὶ δὲ τ αὐτοῖς οἱ τ τὰ μέλλοντα [h] προγινώσκειν ὑπισχνοῦνται, βίβλοις ἱεραῖς, τ ἁγνοῖς ἁγνείαις, τ προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδολογούμενοι. σπάνιον δὲ εἴποτε τ ταῖς προαγορεύσεσιν [i] ἀστοχήσουσιν.

ιγ'. Ἔστι δὲ τ ἕτερον Ἐσσηνῶν τάγμα, τ διαίταν μὲν τ ἔθη τ νόμιμα τοῖς ἄλλοις ὁμοφρονοῦν, [k] διεστὸς δὲ τῇ τ γάμου δόξῃ. μέγιστον γὰρ ἀποκόπτειν οἴονται τοῦ βίου μέρος, [l] τ ἀδοχὴν, τοὺς μὴ γαμοῦντας, μᾶλλον τ, εἰ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, [m] ἐκλιπεῖν ἅπαν τὸ γένος τάχιστα. [n] δοκιμάζουσι μέν τοι τριετίᾳ τὰς γαμετὰς, ἐπειδὰν τρὶς καθαρθῶσιν εἰς πεῖραν τοῦ δύνασθαι τίκτειν, [o] ὕτως ἄγουσι. ταῖς δὲ ἐγκύμοσιν οὐ συνομιλοῦσιν, ἐνδεικνύμενοι, τὸ μὴ δι' ἡδονὴν, ἀλλὰ τέκνων χρείαν, γαμεῖν. λουτρὰ τ ταῖς γυναιξὶν [p] ἀμπεχομέναις ἐνδύματα, καθάπερ τοῖς ἀνδράσιν οἱ περιζώματα. τοιαῦτα μὲν ἔθη τοῦδε τοῦ τάγματός.

ιδ'. [q] Δύο τ τῶν προτέρων, Φαρισαῖοι μέν, οἱ δοκοῦντες τὰ ἀκριβέστατα τ νόμων ἐξηγεῖσθαι, καὶ τὴν πρώτην αἱρέσει φέροντες, εἱμαρμένῃ τε καὶ θεῷ προσνέμουσι τὰ πράττειν μὲν τοῖς ἀνθρώποις τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τῇ αὐτῶν βουλῇ κεῖσθαι, συνεργεῖν δὲ καὶ τὴν εἱμαρμένην ἑκάστῃ βουλῇ. ψυχῆς τε πᾶσαν ἀθανασίαν πιστεύουσιν εἶναι, καὶ τὰς τῶν ὑποκάτω τιμωρίας τε καὶ κολάσεις τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἀσεβησάντων ὑπομένειν ἐν εἱρκτῇ τῇ εἱμαρμένῃ. τὰς δὲ τῶν εὐσεβῶν ψυχὰς ῥᾳδίως μεταβαίνειν εἰς ἕτερον βίον· τὰς δὲ τῶν πονηρῶν ἀϊδίου κολάσεως ὑπόκεισθαι. διὸ καὶ τὸν θάνατον ἐν μὲν τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἀνεμποδίστως ἔχειν, ἐν δὲ τοῖς κακοῖς ἀνιάτως. ἐν δὲ τῷ τὰς ψυχὰς ἀϊδίους εἶναι, καὶ τὰς ὑποκάτω τιμωρίας τε καὶ κολάσεις ὑπομένειν, τοῖς Ἕλλησι δοκοῦσι συνάδειν. διὸ καὶ τὰ περὶ τούτων ἐν τῷ παρόντι ἐξετάσεως ἀξιοῦμεν.

includi, illecebra naturali istuc attractas. Postquam vero carnis vinculis solutæ fuerint, quasi de longa servitute liberatas illico lætari & in sublime evolare. & quidem pias, convenienter iis quæ Græci sentiunt, vitam ultra oceanum manere dicunt, locumque nec nive nec imbribus nec æstu gravem, sed quem placidus jugiter ab oceano spirans temperet zephyrus; impias vero sub terram in obscurum gelidumque antrum relegant, æternorum cruciatuum plenum. Videntur autem mihi juxta eandem sententiam Græci, suis etiam viris fortibus & magnis, quos Heroas appellant & Semideos, beatorum insulas attribuisse: improborum vero animabus locum apud inferos impiorum proprium; ubi & quosdam tormentis vexari fabulantur, Sisyphos & Tantalos, & Ixiones & Tityos, primò quidem immortales esse animas ponentes, deinde *hoc ipsum trahentes* ad exhortandum homines ad virtutis studium & dehortandum à vitio: nam & bonos inde in hac vita meliores fieri, spe præmii etiam post mortem; & malorum impetus cohiberi metu, ut qui exspectent, etiamsi lateant dum vivunt, fore ut post obitum æternos subeant cruciatus. Atque ista quidem sunt quæ Esseni de anima divinitus philosophantur, ejusmodi demittentes escam, quam non possunt non capere qui semel eorum degustarunt sapientiam.

12. Sunt autem inter eos, qui etiam futura prænoscendi spem faciunt; ut qui à pueritia cum sacris libris, tum variis lustrationibus, prophetarumque dictis assidue versati fuerint. raroque admodum suis in prædictionibus à vero aberrant. *Confer Antt.* l. 18. c. 10. §. 5.

13. Est & alius porro Essenorum ordo, qui cum prioribus quidem, quoad rationem vivendi moresque & instituta, consentit, sed in una de nuptiis opinione ab ipsis discrepat. Maximam enim vitæ *hominum* partem, quæ à successione pendet, eos amputare arbitrantur qui à nuptiis abstineant; multo vero magis desiturum humanum genus quam citissime, si omnes in eandem de istis ire velint sententiam. Veruntamen * sponsas per triennium probant. † Cum autem ter purificatæ fuerint, ad explorandum possintne parere, tum eas in uxores ducunt. At cum gravidis non coëunt, *hoc ipso* ostendentes, quod nuptias non voluptatis ergo, sed liberorum inopia fecerint. Feminæ autem lavantur indusiis circum amictæ, quemadmodum viri cum subligacula induerint. Hujus quidem ordinis mores sunt hujusmodi. *Alius Essenorum ordo.*

14. Ex duobus vero ordinibus præcipuis, Pharisæi *De Pharisæis.*

[a] Αἰθέρ@,] Αἰθέρ@, ῥύμῃ φυσικῇ κατ. *Porph.* & *Euseb.* cæteris omissis.

[b] ἰυγγί τινι φυσικῇ] Male ἴλιγγι, &c. *Lugd. Bat.* Confer Oppian. & *Rittershusii* notas ad eundem p. 292. Mercerum ad Aristen. p. 276. & Salmas. ad Solin. p. 662. Hav.

[c] Ἀνεθῶσι] Ἀναθῶσι *Porph.* Spanh.

[d] Οἷα δὴ] *Rost.* Οἷα δέ.

[e] Καὶ ταῖς μὲν] Quæ sequuntur ad finem usque §. ις'. desiderant *Porph.* & *Euseb.* Spanh.

[f] Ἐγκαθιέντες.] *Rost.* Ἐγκαθιόντες.

[g] Εἰσὶ—μέλλοντα] Pro istis, Εἰσὶ δὲ ἱ. ἀ. ὁ. κ. τ. μ. πρ. ὑπ. βίβλοις ἱεραῖς, &c. *Porph.* & *Euseb.* habent λόγοι δὲ τ ταύτης. [τοιαύτης *Porph.*] Ἀρέτης, ἐς τ πρὸς ἀλήθειαν ἐς τὴν εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰσίτους οὐ αὐτοῖς πολλοὶ οἱ ἐς τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν. ὡς ἂν βίβλοις, &c. Huds. Vid. *Ælian.* I. c. 3. §. 5. Spanh.

[h] Προγινώσκειν ὑπισχνοῦνται,] Exempla quædam habes in præcedentibus; v. g. *Belli* I. 3. §. ε'. ubi Judas prædicit Antigoni mortem. II. §. ς'. ubi Simon Archelai exilium. *Antt.* lib. 17. c. 15. §. 3. ubi Manahemus Herodem regnaturum. Aldrich.

[i] Ἀστοχήσουσι.] Ἀσοχοῦσι *Porph. Euseb.* Ox. Spanh.

[k] Διεστὸς—δοξῃ.] Ita legendum censui. διεστὼς in libris omnibus tam *MSS.* quam *impressis.*

[l] Τὴν διαδοχὴν] Abest a *Rost.*

[m] Ἐκλιπεῖν] *Lugd. Bat.* Ἐκλείπειν.

[n] Δοκιμάζουσι μέν] Paulo aliter legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *Nihilominus autem cum tanta ipsi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent valetudinem feminarum; & si constanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia asciscunt.*

[o] Οὕτως ἄγουσι.] Conf. sup. §. 5. Hav.

[p] Ἀμπεχομέναις] Ἀπεχομέναις *Big. Ox.* Spanh.

[q] Δύο—Φαρισαῖοι μέν,] Mirum esset si *Josephus* de tribus sectis ex professo scribens, de earum una tam prolixe differeret, duas reliquas pene præteriret: præsertim cum in aliis locis ubi scribit uberius, tamen *hunc Belli locum* appellet, *huc* lectorem amandet, quasi plura hic & magis accurata reperturum. Quare non est dubitandum quin in ipso *Josephi* autographo multa exstiterint, quæ ne ad *Rufini* quidem manus pervenerunt; nam & alia multa perisse jure suspicamur, quia deliderari certo scimus. Hujusce loci damnum aliquatenus resarciri potest ex *Antt.* XVIII. c. 1. §. 3. XIII. c. 5. §. 9. & c. 10. §. 6. ut & c. 16. §. 1. & 2. XVII. c. 2. §. 4. *Belli* I. 5. §. β'. & *Josephi vita*, §. 2. Aldr. Quomodo hunc locum legerit *Rufinus*, conjiciat, cui libet, ex ejus interpretatione, *Duorum autem priorum ordinum Pharisæi dicuntur, qui certiorem legalium rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent, ut fato & Deo universa deputent.* Huds. Plura de duabus his sectis Pharisæorum & Sadducæorum scripsisse *Josephum*, quæ jam ævo *Rufini* interierunt, statuit *Auctor Not. Ox.* Spanh. In novo Testamento multa huc faciunt, quæ non indico, quia neminem nescire confido; Scriptores cæteros data opera prætermitto. Aldr.

* Per triennium explorant valetudinem feminarum, *Ruf.*

† Et si constanti purgatione apparuerint idoneæ partui, ita eas ducunt, *Ruf.*

*Confer Antt.* l. 13. c. 5. §. 9. & l. 18. c. 1. §. 3.

risæi quidem, qui in accuratioribus legum interpretibus habentur, & primæ *apud Judæos* sectæ auctores erant, fato & Deo omnia attribuunt, & honeste agere aut non agere magna ex parte in hominibus situm *esse ajunt*, * cooperari autem in singulis fatum: animam autem omnem quidem esse immortalem, solas vero bonorum animas in alia transire corpora, at malorum æterno supplicio puniri. Sadducæi autem, qui alter est ordo, fatum omnino tollunt, Deumque negant auctorem esse, ut quis vel male agat vel à malo abstineat; & in electione hominis positum ajunt tum bonum tum etiam malum, † & unumquemque pro arbitrio suo ad utrumlibet accedere. quin & animas permanere, suppliciaque *Confer Antt.* l. 18. c. 1. §. 4. & præmia apud inferos negant. Et Pharisæi quidem sui invicem amantes sunt, & in communem utilitatem concordiam colunt: Sadducæorum vero mores & erga se mutuo magis feri, & cum sui similibus versantur quemadmodum cum alienis. Ejuscemodi quidem sunt quæ de iis qui apud Judæos philosophantur dicenda habui.

χῶντες μὴ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα καὶ τὴν πρώτην [r] ἐπάγουσες αἵρεσιν, εἱμαρμένην τε καὶ Θεῷ προσάπτουσι πάντα, καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια, καὶ μὴ, καλὰ τὸ πλεῖστον ὅπου τοῖς ἀνθρώποις κεῖται, βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκαστον καὶ τὴν εἱμαρμένην ψυχὴν δὲ πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὰς τῶν ἀγαθῶν μόνας, τὰς δὲ τῶν φαύλων ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ [s] κολάζεσθαι. Σαδδυκαίοις δὲ, τὸ δεύτερον τάγμα, τὴν μὲ εἱμαρμένην πανταπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν Θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν [t] ἢ μὴ δρᾶν τίθενται· φασὶ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ, τό, τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι, καὶ τὸ κατ' γνώμην ἑκάτῳ τούτων ἑκατέρῳ προσιέναι. ψυχῆς τε τὸν ἀθανασίαν, καὶ τὰς [v] καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. καὶ Φαρισαίοις μὲν [x] φιλαλλήλοι τε, καὶ τὸ εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες. [y] Σαδδυκαίων δὲ καὶ πρὸς [z] ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον, εἴτε ὅπως μίξεσι πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπηνεῖς ὡς πρὸς ἀλλοτρίους. τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ἐν Ιουδαίοις φιλοσοφούντων εἶχον εἰπεῖν.

---

VIII.

## CAP. IX.

## ΚΕΦ. Θ'.

*Salomes obitus. Urbes ab Herode & Philippo conditæ. Tumultus sub Pilato. Agrippa major à Tiberio in vincula conjectus: à Cajo principe libertate & regno donatur. Herodes Antipas in exsilium mittitur.*

Σαλώμης τελευτή. πόλεις ὑφ' Ηρώδου καὶ Φιλίππου κτισθεῖσαι. ταραχὰς κινεῖ Πίλατος. Τιβέριος εἴργνυσι τὸν Αγρίππαν· αὐτὸν δὲ τῶν δεσμῶν ἀνίησι Γάϊος, καὶ βασιλέα καθίστησιν. Ηρώδης Αντίπας φυγαδεύεται.

*Archelai ethnarchia fit provincia.*

ARchelai autem ethnarchia in provinciam redacta, reliqui, Philippus, & Herodes cognomine Antipas, tetrarchias suas administrabant. Salome enim moriens Juliæ Augusti conjugi toparchiam suam & Jamniam, & palmeta in Phasaëlide *testamento* reliquit. Delato autem ad Tiberium Juliæ Romano imperio, post mortem Augusti, qui rerum summæ præfuit annis septem & quinquaginta, prætereaque mensibus sex, & duobus diebus, Herodes ac Philippus, qui in suis adhuc erant tetrarchiis, hic quidem juxta Jordanis fontes in Paneade *regione* urbem Cæsaream condit, & in inferiore Gaulanitide

*Salome obit & multa Juliæ relinquit.*

*Herodes & Philippus urbes condunt.* *Antt.* l. 18. c. 2. §. 1.

ΤΗΣ Αρχελάου δὲ ἐθναρχίας μεταπεσούσης εἰς ἐπαρχίαν, οἱ λοιποὶ, Φίλιππός τε καὶ [a] Ηρώδης ὁ κληθεὶς Αντίπας, διώκουν τὰς ἑαυτῶν τετραρχίας. Σαλώμη μὲν τελευτῶσα [b] Ιουλίᾳ τῇ τοῦ Σεβαστοῦ γυναικὶ τήν τε αὐτῆς τοπαρχίαν καὶ Ιάμνειαν, καὶ [c] τοὺς ἐν Φασαηλίδι Φοινικῶνας καταλέλιπεν. [d] μεταβάσης δὲ εἰς Τιβέριον τὴν Ιουλίας υἱὸν τὰ Ρωμαίων ἡγεμονίας, μετὰ Αὔγουστον τελευτὴν, [e] ἀφηγησαμένου τὰ πραγμάτων [f] ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα, [g] πρὸς δὲ μησὶν ἓξ [h] ἡμέραις δυοῖν, [i] Ασαμωναῖοι ἐν ταῖς τετραρχίαις, ὅ, τε Ηρώδης, καὶ Φίλιππος, ὁ μὲν πρὸς ταῖς Ιορδάνου πηγαῖς ἐν [k] Πανεάδι [l] πόλιν κτίζει Καισάρειαν, καὶ τὴν κάτω Γαυλα-

[r] Ἐπάγουσες αἵρεσιν,] Ita lego levicula cum mutatione. antea erat ἀπάγουσες.

[s] Κολάζεσθαι.] *Rost.* Καταδικάζεσθαι.

[t] Η μὴ δρᾶν τίθενται.] Ita lego cum *Grotio* ad *Matt.* 22, 23. quem sequutus est *Bullus* in *Dissert. post.* de *Harmonia Apost.* c. 15. Prius erat, ἢ ἐφορᾶν. quod etiam agnoscit *Rufinus*, qui vertit, *& Deum extra omnem mali patrationem inspectionemque constituunt.*

[v] Καθ' ᾅδου τιμωρίας] Καθ' ὅλου in quibusdam *MSS.* Huds. Imo etiam in *Lugd. Bat.* & *Rost.* neque inepta lectio est, quam etiam *Vetus* agnovit, vertens *generaliter.* τὸν quoque ante Ἀθανασίαν non agnoscit *Lugd. Bat. Rost.* vero scribit καὶ τὴν καθόλου τιμωρίαν καὶ τιμήν. Hav.

[x] Φιλάλληλοι] Φιλάλληλοι Esseni similiter supr. §. 2. Spanh.

[y] Σαδδυκαίων δὲ] Δὲ abest a *Gen.*

[z] Αλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον,] Αλλοτρίους malit *J. Clericus* in *Prolegomenis* ad *Hist. Eccl.* §. 1. c. 3. p. 15.

[a] Ηρώδης ὁ κληθεὶς Αντίπας,] Conf. supr. c. 6. §. 3. Spanh.

[b] Ιουλίᾳ] *Lugd. Bat.* Superponit Λιβίᾳ.

[c] Τοὺς ἐν Φασαηλίδι φοινικῶνας] De Phasaëlide vide *lib.* I. *de Bello.* c. 21. §. 9. de Palmetis vide *Plinium* in *Nat. Hist.* lib. 13. c. 4. Huds. De Phasaëlide vide *Belli.* I. 21. 9'. De Palmetis *Plinius* XIII. 4. *Caryotarum* nobilitas in Judæa; nec in tota, sed Hierichunte maxime. Quanquam laudatæ & Archelaide, & Phaselide atque Liviade gentis ejusdem convallibus. Aldr.

[d] Μεταβάσης δὲ εἰς Τιβέριον] Hic manuscriptus Codex, qui fuit *Alex. Petavii*, nunc *L. B.* interserit testimonium *Josephi* de *Jesu Christo*, quod extat in ἀρχαιολογίᾳ lib. 18. c. 4. totidem verbis. Post illa autem hæc adjunguntur, quæ à correctore sunt inducta. Πάντες μὲν δίκαιοί τε καὶ ἄδικοι ἀνώφελον τοῦ θεοῦ λόγου ἀχθήσονται· τούτου μὲν ὁ παλὴρ τὴν κρίσιν δέδωκε, καὶ αὐτὸς βουλὴν παλρὸς ἐπιτελῶν κρίσις παταγίνεται ὃν χρεὼν προσαγορεύομεν. ἐπεὶ μὲν Μίνως καὶ Ραδάμανθος κρίσαι κατ' ὑμᾶς ἔλλιπες. ἀλλ' ὃν ὁ Θεὸς καὶ παλὴρ ἐδόξασε, περὶ ὃ ἐν ἑτέροις λεπτομερέστερον διειλήλεγμεν πρὸς τοὺς ζητοῦντας τὴν ἀλήθειαν. ἔστω τὴν πρὸς ἑκάστου δικαιοκρισίαν πειώμενος πᾶσι καθ' ἃ τὰ ἔργα παρασκευάσει τὸ δίκαιον. ἃ κρίσει παρασάσης πάσης ἀνθρωποι τε καὶ ἄγγελοι καὶ δαίμονες μίαν ἀποφθέγξονται φωνὴν ἅτινος λέγουσι. δικαία σου ἡ κρίσις. ἧς φωνῆς τὸ ἀνταπόδομα ἐπ' ἀμφοτέροις ἐπάγει τὸ δίκαιον. τοῖς μὲν οὖν πράξασι δικαίως τὴν ἀΐδιον ἀπόλαυσιν παραχωροῦσι. τοῖς δὲ τῶν φαύλων ἐραστῆς τὴν αἰώνιον κόλασιν ἀπονέμουσι. καὶ τούτοις μὲν τὸ πῦρ ἄσβεστον διαμένει καὶ ἀτελεύτητον. σκώληξ δέ τις ἔμπυρος μὴ τελευτῶν, μηδὲ σῶμα διαφθείρων, ἀπαύστῳ δὲ ὀδύνῃ ἐκ σώματος ἐκφοιτῶν παραμένει. Corrector in margine hæc adscripsit. ἰσέον ὅτι τὸ τοιοῦτον ἀφέλησαι δικαίως παρ' ἡμῶν. ἐπὶ μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ ἀπογράφοις τοῦτο εὑρομεν. ἀλλ' ἐάν τις τῶν τῆς ἐκκλησίας τοῦ χριστοῦ διδασκάλων τούτων ἐπιμνήσθη. ἔστε μὴν τῶν ἐσύστερον ἱστορικῶν ἀνδρῶν. Cætera verba à compactore defecta sunt. Reliquiæ sunt tales. Μόνων——ἀλω——εἰρη——ἀναλ——ἐν τῷ τῆ λόγω χαιρο——ρίσκεται. Hav.

[e] Αφηγησαμένου τὰ πραγμάτων] Quod è Gallico redditum, *conduire les affaires* potius quàm ab firmiori Græci profectu dicit Harduin. de Num. Herod. p. 37. Spanh.

[f] Ετεσιν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα,] Ob hunc calculum Josephum nòθείας accusat Harduin. de Num. Herod. p. 39. 40. Spanh.

[g] Πρὸς δὲ μησὶν] Non XXXVII. sed XXXXVI. *Hard.* Spanh.

[h] Καὶ ἡμέραις δυοῖν,] Ita expresse in *MSS.* omnibus, ut & *Lugd. Bat.* & *Rost.*

[i] Διαμεινάντες——Ηρώδης] *Rost.* Διαμεινάντες δὲ ὅτι Ηρ. reliquis omissis.

[k] Πανεάδι] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 2. §. 1. Spanh.

[l] Πόλιν κτίζει——Γαυλανιτικῇ] Conf. *Antt.* lib. 18. c. 2. §. 1. Spanh.

* *Al.* ad singula adjuvare etiam fatum. *Vel*, in singulis autem fati auxilium concurrere.

† *Al.* & cuique prout velit hoc vel illud adesse, *Vel*, unumquemque, prout ei videtur, ad alterutrum ferri.

λαπίχῃ [m] Ἰουλιάδα, Ἡρῴδης δὲ ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ Τιβεριάδα, ἐν δὲ τῇ Περαίᾳ φερώνυμον Ἰουλίας.

Juliadem; Herodes vero in Galilæa Tiberiadem, & in Peræa *urbem* cognominem Juliæ.

β'. Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς Καίσαρος [n] εἰκόνας, ὃ σημαίαι καλοῦσι τοῦτο μεθ' ἡμέραν μεγίστην ταραχὴν [p] ἤγειραν Ἰουδαίων. [q] οἵτε γὰρ ἐγγὺς πρὸς τὸ ἄφνω ἐξεπλάγησαν, ὡς παπαλημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. [r] οὐδὲν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δείκηλον τίθεσθαι. ἐκ πρὸς τὸ ἀγανάκτησιν τῆς τε πόλιν [s] ἄθρους ἐκ τῆς χώρας λαὸς συνέρρευσεν. ὁρμήσαντες δὲ πρὸς τὸ Πιλάτου εἰς Καισάρειαν, ἱκέτευον ἐξενεγκεῖν Ἱεροσολύμων τὰς σημαίας, καὶ τηρεῖν αὐτοῖς τὰ πάτρια. Πιλάτου δ' ἀρνουμένου πρὸς τὴν ἱκεσίαν, πρῶτον μὲν ἡσυχίαν ἄγοντες, ὅτι πέμπτας ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας ἀκίνητοι διεκαρτέρουν.

2. Pilatus autem à Tiberio procurator in Judæam missus, velatas Cæsaris imagines (signa ea appellantur) noctu infert in Hierosolyma. Hæc res, * simulatque dies illuxit, maximum tumultum excitavit Judæorum. Nam qui in proximo erant novo spectaculo attoniti obstupuere, quasi patriæ leges violatæ & conculcatæ essent. nefas quippe illis est simulachrum ullum in urbe statuere. Dumque illi indignarentur qui in urbe erant, ingens hominum multitudo è regione confluxit, subitoque Cæsaream ad Pilatum profecti, supplicabant ut imagines ex urbe Hierosolymorum auferendas curaret, illisque jura patria conservaret. Cumque Pilatus petitioni illorum non concederet, humi prostrati, quinque diebus totidemque noctibus immobiles permanserunt.

*Pilatus Judæa procurator Cæsaris imagines in urbem infert. Antt.* l. 18. c. 2. §. 2. & c. 4. §. 1.

*Inde oritur tumultus. Antt.* l. 18. c. 4. §. 1.

γ'. [t] Τῇ δὲ ἑξῆς ὁ Πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ [v] σταδίῳ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος, ὡς ἀπεκρίνετο δῆθεν αὐτοῖς θέλων, δίδωσι τοῖς στρατιώταις σημεῖον, ἐν συντάγματος κυκλώσασθαι τοὺς Ἰουδαίους τοῖς ὅπλοις. περιστάσης δὲ τριπλοῦν τὴν φάλαγγος, οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἀχανεῖς ἦσαν, πρὸς τὸ ἀδόκητον τῆς ὄψεως. Πιλάτος δὲ καταχόψειν εἰπὼν αὐτοὺς, εἰ μὴ προσδέξαιντο τὰς Καίσαρος εἰκόνας, γυμνεῖν τὰ ξίφη τοῖς στρατιώταις ἔπεμψεν. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καθάπερ ἐκ συνθήματος ἅπαντες καλαπεσόντες, καὶ τοὺς αὐχένας προκλίναντες, ἑτοίμους εἰς ἀναίρεσιν σφᾶς ἑαυτῶν μᾶλλον, ἢ τὸν νόμον παραβαίνειν. ἐκπεθαυμάσας δὲ ὁ Πιλάτος τὸ τῆς [x] δεισιδαιμονίας ἄκρατον, ἐκκομίσαι μὲν αὐτίκα τὰς σημαίας Ἱεροσολύμων κελεύει.

3. Postridie autem Pilatus, † cum in suggesto in Circo magno sedisset, populumque ad se advocasset, ut qui eis respondere vellet, signum dat militibus ut ex constituto Judæos armati circumvenirent. Cumque eos circundaret phalanx triplice *militum* ordine, Judæi quidem animis consternati erant ad spectaculum quod præter opinionem acciderat; Pilatus vero, illos se trucidatum ire minatus, nisi Cæsaris imaginibus locum darent, significabat militibus ut gladios è *vaginis* educerent. Judæi autem quasi uno consilio omnes conciderunt, & reclinatis cervicibus vociferabant, se longe mori malle quam contra legem aliquid facere. Tunc Pilatus, cum valde admiratus esset vehemens populi erga religionem studium, è vestigio quidem signa Hierosolyma exportari jubet.

*Pilatus minitatur Judæis. Antt.* l. 18. c. 4. §. 1.

*Cum nihil minus proficeret, imagines submovet.* Ibid.

δ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει, τὸν ἱερὸν θησαυρὸν, καλεῖται δὲ [y] Κορβανᾶς, εἰς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων. [z] κατῆγε δὲ ἀπὸ [a] τετρακοσίων σταδίων. πρὸς τοῦτο γοῦν πλῆθος [b] ἀγανάκτησις ἦν, καὶ τοῦ Πιλάτου παρόντος εἰς Ἱεροσόλυμα, περιστάντες τὸ [c] βῆμα καθεδόντα. ὁ δὲ, προϊδὼν αὐτοῦ τὴν ταραχὴν, καὶ τῷ πλήθει τοὺς στρατιώτας ἐνόπλους [d] ἐσθῆσιν ἰδιωτικαῖς κεκαλυμμένους ἐγκαταμίξας, καὶ [e] ξίφει μὲν χρῆσθαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγότας ἐγκελευσάμενος; σύνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βή-

4. At post hæc alium tumultum excitavit, sacrum thesaurum (isque Corbanas appellabatur) in constructionem aquæ-ductûs impendens. per trecenta autem *ad urbem* stadia deducebat. Hoc ipsum ægre admodum ferebat plebs, cumque Pilatus præsens adesset Hierosolymis circumfusi suggesto adversus eum inclamabant. Ille vero (præviderat enim tumultum illorum futurum) cum armatos milites plebejo habitu multitudini immiscuisset, eisque præcepisset ut vociferantes non gladiis sed fustibus ferirent, signum illis è suggesto

*Alius tumultus ob sacram pecuniam aquæductibus impensam. Antt.* l. 18. c. 4. §. 2.

---

in Ἰουλιάδα,] Herodes ab Augusti conjuge Juliadem vocavit, quæ antea erat Betharamphtha: Philippus ab Augusti filia Juliadem, antea Bethsaidam. Hæ cum Tiberiade & Cæsarea, Coponio Judææ procurante, videntur inchoatæ, sub initiis Tiberii absolutæ. Confer *Antt.* lib. 18. c. 2. ALDR.

luti rex Hierosolyma revertitur; factusque seditiosorum dux, statuit de omnibus ad obsidionem spectantibus. Machinarum autem inopia laborabant, nec poterant palam suffodere muros, telis ab hostibus desuper petiti. Cuniculum igitur è longinquo ad unam è turribus agentes, eum fornicatum & suspensum relinquunt, deinde in sustinentia ligna igne immisso egrediuntur. Cum autem exusti essent subices, turris quidem illico concutitur, alter autem murus intus & ex adverso ædificatus conspiciebatur. nam *regii* molitiones eorum præsentientes, turri forsan cum suffossa esset motu agitata, aliud sibi munimentum exstruxerunt. Quod ubi *oppugnatores* præter opinionem aspexerant, etiam cum se victores esse crediderint, animis quidem consternati erant: obsessi vero *quosdam* ad Manahemum & seditionis auctores mittebant, qui obsecrarent ut sibi liceret fide data exire. quo regiis solis & indigenis concesso, illi quidem egressi sunt: Romani autem, qui soli relicti, animis anxii erant & dejecti. tam ingentem quippe multitudinem perrumpere non poterant, petereque ut dextra fides sibi porrigeretur ignominiosum esse existimabant; præsertim quod nec illis credendum esset, etiamsi fides daretur. Castris itaque desertis, ut quæ facile capi possent, ad turres regias confugerunt, quarum una Hippicos appellabatur, altera Phasaëlus, tertia Mariamne. Qui vero cum Manahemo erant, protinus irruentes in locum è quo milites fugerant, quotquot eorum comprehenderent ante ascensum trucidarunt, direptisque impedimentis castra incenderunt. Et quidem ista acta sunt die sexto mensis Gorpiæi.

*Hierosolyma obsidet.*

*Regiis exeundi veniam concedit.*

*Romani relicti in turres regias confugiunt.*

9. Sequenti autem die Ananias pontifex in regiæ domus aquæ-ductu latitans captus est, & à latronibus cum fratre Ezechia interfectus: atque seditiosi, cum turres obsedissent, sedulo cavebant, ne quis militum fuga dilaberetur. Manahemum autem & locorum munitorum eversio, & Ananiæ pontificis mors crudelitate implevit; credensque se in rebus gerendis habere parem neminem, tyrannus non ferendus evasit. Qui vero cum Eleazaro erant in eum insurrexerunt, postquam ultro citroque sermones habuissent, quod non deceret à Romanis desiderio libertatis deficientes eandem cuidam è popularibus suis prodere, dominumque ferre, etsi vim nullam adhibentem, seipsis tamen humiliorem. nam si oporteat & aliquem rerum summæ præesse, ad quemvis magis alium quam ad ipsum pertinere *hoc quidquid* est *muneris*, uno ore fatentur; atque ita eum in templo adoriuntur. Magno enim fastu ad Deum colendum ascenderat, veste regia indutus, suique studiosos armatos secum trahens. Cum autem socii amicique Eleazari in eum irruissent, reliqui etiam è populo ubi illi impetum fecerant, lapides corripuerunt & in sophistam jaciebant, existimantes omnes illo interempto disjectum iri seditionem. Exiguum ad tempus Manahemo suisque resistentibus, ubi universos in ipsos irruentes viderunt, quò quisque valebat fuga se recipiunt: &

XVIII. *Ananiæ pontificis & Ezechiæ fratris mors.*

*Eleazari sectatores Manahemum in templo adoriuntur.*

v Δὴ πόρρωθεν] Ita *Big.* & *Rnef.* δὲ in *cæteris.*

x Ἐφ'—πύργων] Ita *Big.* & *Bod.* ὑφ' ἕνα in *Editis.*

y Ἀναχρημνῶσιν αὐτὸν,] Ἀναχρημισαν *Big.* ἀναχρημνῶσιν *Busb.* HUDS. Forte ἀναχριμνῶσιν inquit *Coccejus*, non male, si *MSS.* auctoritas accederet; nunc dicere videtur Auctor, ita pensilem fuisse factam istam turrim, ut tanquam præcipitium proëmineret, casura mox subductis lignis vel (ut factum fuit) exustis. HAV.

z Ἔχουσαι ὕλλω] Ἀναχῶσαν *Big.* καλέχουσαν *Bod.* & *Lugd. Bat.* Verum ἔχω apud melioris notæ Scriptores sæpe pro ἀνέχω.

a Ἑαυτοῖς] *Lugd. Bat.* Αὐτοῖς.

b Ὑποσπονδοι.] Ita *Big.* & *Coccejus* πρόσπονδοι in *Editis Aliisque.*

c Ἀθυμία δ'] Ἀπορία *Voss.*

d Δεξιὰν αἰτεῖν] Δεξιὰς *Big.*

e Πρὸς—πιστεύειν] Πρὸς ᾧ *Big.* πρὸς τῷ *Voss.*

f Διδοῖτο.] Διδοῖτο *Voss.*

g Ἀνέφυγον] *Lugd. Bat.* Ἀνέφυγον.

h Τόν—Φασάηλον,] De tribus his turribus vid. infr. lib. 6. c. 4. §. 3. & c. 8. §. 4. SPANH.

i Τὴν Μαριάμμην.] Τὴν in plerisque *MSS.*

k Ἐνέπρησαν] *Lugd. Bat.* Ἀνέπρησαν.

l Ἕκτῃ—ἐπράχθη.] Vide *Scaligerum* in lib. V. de *Emendatione Temporum*, ubi agit *de Initio Neronis.*

m Ἐπὶ τὰς ὁρμὰς] Ita lego pro ἐπὶ τὰς ὀργὰς, quod præ se ferunt *libri omnes* præter *Big.* qui cum *Rufino* voces istas non agnoscit.

n Τὴν σοφιστὴν] *Rost.* Ἐπὶ τὸν σοφιστὴν.

o Διαρρίψειν] *Lugd. Bat.* Διαστρίψειν. *Rost.* Διατρίψειν.

p Στάσιν.] Σύστασιν *Rhed.*

& cædes facta eſt eorum qui comprehenſi ſunt, & inquiſitio de iis qui ſeſe in latebras abdiderant. Pauci etiam ex eis clam in Maſadam perfugerunt, in quibus Eleazarus Jairi filius, Manahemo affinitate junctus, qui poſtea in Maſada tyrannidem exercuit: ipſumque Manahemum, cum in locum Ophlan vocatum fugiſſet, atque illic abjecte admodum deliteſceret, captum in medium produxerunt, multiſque cruciatibus vexatum interfecerunt. Similiter & quotquot ſub ipſo duces erant, maximeque inſignem tyrannidis miniſtrum Apſalomum.

10. Et populus quidem ad iſta, uti dicebam, operam ſuam contulit, fore ſperans ut medela quædam toti ſeditioni adhiberetur. Illi vero, ut qui non ſtuderent bellum comprimere, ſed majori cum inſolentia in eo verſari, Manahemum de medio ſuſtulerant. Denique cum populus multis verbis obſecraret, ut milites oppugnare deſinerent; illi acrius inſiſtebant, donec Metilius (is enim Romanorum erat præfectus) cum ſuis, diutius non valentes reſiſtere, mitterent ad Eleazarum ſocioſque, ſupplici-
*Romani ſeſe dedunt Eleazaro.* ter orantes, ut fide data egredi liceret ſalvis tantum capitibus, dicenteſque ſe arma & impedimenta ſua eis tradituros. Illi autem cum petitioni ſtatim conceſſiſſent, mittunt ad eos Gorionem Nicodemi, & Ananiam Sadduci, & Judam Jonathæ filium, qui jurejurando interpoſito fidem darent. Qua re
*Romani contra pacta omnes præter Metilium ducem occiſi.* peracta, milites ſuos deducebat Metilius. Et quamdiu illis quidem arma ſupererant, è ſeditioſis nemo aut *aperte* illos aggrediebatur, aut inſidiis attentabat: quam primum vero ex pacto omnes ſcuta & gladios deponerent, & nihil *mali* ſuſpicantes diſcedere pararent, impetum in eos fecerunt Eleazari comites, & comprehenſos trucidabant, neque reſiſtentes neque ſupplicantes, ſolas autem pactiones & fidem jurejurando datam inclamantes. Et hi quidem tanta cum crudelitate interfecti ſunt omnes, præter Metilium: (hunc enim, cum eis ſupplicaſſet pollicituſque eſſet uſque ad circumciſionem quoque ſe Judæum futurum, ſolum ſervarunt) damnum tamen Romanis quidem erat leviuſculum, ut qui ex ingenti exercitu non multos amiſerint, Judæis vero ad excidium proludere viſum eſt. Cum autem vidiſſent dimoveri non poſſe belli cauſas, tantoque flagitio pollutam eſſe civitatem, ex quo fas erat ominari Deum *in eos* ira exarſurum, etiamſi in illos non vindicatum eſſet à Romanis, publice lugebant, & urbs quidem tota in mœſtitia erat: moderati vero quique, quaſi ipſi pro ſeditioſis pœnas daturi eſſent, metu per-
*Cædes ſabbato facta.* cellebantur. quippe ſabbato cædem iſtam perpetrari contigerat, quo die propter ſacri cultus ſolennitatem ab operibus ceſſant.

ὅπῃ τις ἴσχυεν. καὶ φόνος μὲν ἦν τῶν καταληφθέντων, ἔρευνα δὲ τῶν ἀποκρυπτομένων. καὶ διεσάθησαν ὀλίγοι, λάθρα ἀναδράντες εἰς Μασάδαν, σὺν οἷς Ελεάζαρος [q] ὁ υἱὸς Ιαείρου, προσήκων τῷ Μαναήμῳ κατὰ γένος, ὃς ὕστερον ἐτυράννησε τῆς Μασάδας. αὐτόν τε τὸν Μαναήμον, εἰς τὸν καλούμενον [r] Οφλᾶν συμφυγόντα, κἀκεῖ ταπεινῶς [s] ὑπολανθάνοντα ζωγρήσαντες, εἰς τὸ φανερὸν ἐξείλκυσαν, καὶ πολλαῖς αἰκισάμενοι βασάνοις ἀνεῖλον. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἡγεμόνας, τόν τε ἐπισημότατον τῆς τυραννίδος ὑπηρέτην Ασφάλωμον.

ι'. Ο μὲν οὖν δῆμος, ὡς ἔφην, εἰς ταῦτα συνήργησεν, ἐλπίζων τινὰ τῆς ὅλης πάσεως λαμβάνειν διόρθωσιν. οἱ δὲ καταλῦσαι τὸν πόλεμον σπεύδοντες, ἀλλὰ ἀδεέστερον πολεμεῖν, Μαναήμον ἀνῃρήκεσαν. ἀμέλει γοῦν δῆμος πολλὰ τοῖς στρατιώταις ἀνεῖναι τὴν πολιορκίαν παρεκαλοῦντος, οἱ δὲ προσέκειντο χαλεπώτερον, μέχρι μηκέτι ἀντέχοντες οἱ περὶ τὸν [t] Μετίλιον, ἦν γὰρ ἦν τῶν Ρωμαίων ἔπαρχος, ἀπεστέμποντο πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ελεάζαρον, ἐξαιτούμενοι μόνας τὰς ψυχὰς ὑποσπόνδους, τὰ δὲ ὅπλα καὶ τὴν λοιπὴν κτῆσιν παραδώσειν λέγοντες. οἱ δὲ, καὶ τὴν ἱκεσίαν ἁρπάσαντες, ἀπέπεμψαν πρὸς αὐτοὺς Γωρίωνά τε Νικομήδους υἱὸν, καὶ Ανανίαν [u] Σαδδουκὶ, καὶ Ιούδαν Ιωνάθου, δεξιάς τε καὶ ὅρκους δώσοντας. ὧν γενομένων καλοῦντος τοὺς στρατιώτας ὁ Μετίλιος. οἱ δὲ μέχρι μὲν ἦσαν ἐν τοῖς ὅπλοις, ὅτε ἐπεχείρει τις τῶν στασιαστῶν αὐτοῖς, ὅτε ἀνέφαινεν ἑαυτὸν Ἑβραῖον. ὡς δὲ κατὰ τὰς συνθήκας ἅπαντες ἀπέθεντο τοὺς θυρεοὺς καὶ τὰ ξίφη, καὶ μηδὲν ἔτι ὑποπτεύοντες ἀνεχώρουν, ὥρμησαν ἐπ' αὐτοὺς οἱ περὶ τὸν Ελεάζαρον, καὶ περιόντες ἀνῄρουν, ὅτε ἀμυνομένους, ὅτε ἱκετεύοντας, μόνας δὲ τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους ἀναβοῶντας. καὶ οἱ μὲν ὅτως ὡμῶς [x] ἀπεσφάγησαν ἅπαντες πλὴν Μετιλίου. τοῦτον γὰρ ἱκετεύσαντα, καὶ μέχρι περιτομῆς [y] Ιουδαΐσειν ὑποσχόμενον, διέσωσαν μόνον. τὸ δὲ πάθος Ρωμαίοις μὲν ἦν κῶφον, ὀλίγοι γὰρ ἀπλέτου δυνάμεως ἀπανηλώθησαν ὀλίγοι, Ιουδαίοις δὲ προοίμιον ἀλώσεως ἔδοξε. καὶ καλοῦντες ἀνηκέστους μὲν ἤδη τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου, τὴν δὲ πόλιν τηλικούτῳ μιάσματι πεφυρμένην, ἐξ οὗ δαιμόνιόν τι μήνιμα προσδοκᾶν εἰκὸς ἦν, [z] εἰ καὶ μὴ τὴν ὀργὴν Ρωμαίων ἄμυναν, [a] ἐπένθουν δημοσίᾳ, καὶ πλήρης μὲν καθηφείας ἦν ἡ πόλις. ἕκαστος δὲ τῶν μερίων, ὡς αὐτὸς ὑπὲρ τῶν στασιαστῶν δίκας δώσων, ἐτεταράχτο. καὶ γὰρ δὴ σαββάτῳ συνέβη πραχθῆναι τὸν φόνον, ἐν ᾧ δὴ τὴν θρησκείαν [b] τῶν ὁσίων, ἔργων ἔχουσιν ἀνεχειρίαν.

---

## XIX. CAP. XVIII. ΚΕΦ. ιη'.

*Judæorum ubique gentium calamitates & cædes.*

Ιουδαίων συμφοραὶ καὶ φόνοι ἑκάστοτε.

*Judæorum magna ſtrages Cæſareæ.* EOdem autem die, horaque *eadem*, quaſi divina providentia ita acciderat, Cæſarenſes Judæos qui apud ipſos erant *fere omnes* interimebant; ita ut una hora ſuper viginti hominum millia cæ-

ΤΗΣ δὲ αὐτῆς ἡμέρας καὶ ὥρας, ὥσπερ ἐκ δαιμονίου προνοίας, ἀνῄρουν [c] οἱ Καισαρεῖς τοὺς παρ' αὐτοῖς Ιουδαίους. ὡς ὑπὸ μίαν ὥραν ἀπεσφαγῆναι μὲν ὑπὲρ

[q] Ο υἱὸς Ιαείρου,] Articulus abeſt *Big.* & *Voſſ.*

[r] Οφλᾶν] Conf. infr. lib. 5. c. 4. §. 2. De cæde hujus Manahemi *in Vita* §. 5. μεῖζα δὲ τὴν ἀναίρεσιν Μαναήμου, &c. SPANH.

[s] Υπολανθάνοντα ζωγρήσαντες,] Sic *MSS.* ἀπολανθάνοντα in *Editis.*

[t] Μετίλιον,] Μοτίλιον & infra Μοτίλιος *Big.* Μετίλιον & Μετίλιος *Bod.* in *Rufini* verſione *Mutilum* & *Mutilius.*

[u] Σαδδουκὶ,] Σαδδυκαίου *Big.* Σαδδύκιον *Voſſ.* (& *Coiſlin*) forſan pro Σαδδουκίου.

[x] Απεσφάγησαν] *Roſt.* Επεσφάγησαν.

[y] Ιουδαΐσειν ὑποσχόμενον,] Ιουδαΐζειν *Big.*

[z] Εἰ ἄμυναν,] Εἰ μὴ τὴν Ρωμαίων ἄμυναν in *MS.*

[a] Επένθουν δημοσίᾳ,] *Roſt.* Επενθον δημοσίαν.

[b] Τῶν—ἐχειρίαν.] Interpres *Gelenius* male: *a ſanctis quoque operibus agunt quietem*, Sanctis operibus enim non abſtinent, ſed ἀφ' τὴν θρησκείαν τῶν ὁσίων abſtinent ab aliis operibus. REL.

[c] Οἱ Καισαρεῖς] Illud οἱ è *MS. Voſſ.*

d Σεβα-

ὑπὲρ δισμυρίους, κενωθῆναι δὲ πᾶσαν Ιουδαίων τὴν Καισάρειαν. ἡ γὰρ τοὺς ἀφεύγοντας ὁ Φλῶρος συλλαβὼν, καθήγαγε δεσμώτας εἰς τὰ νεώρια. πρὸς ἣ τὴν ὀργὴν τῆς Καισαρείας πληγὴν ὅλον τὸ ἔθνος ἐξαγριῶται. καὶ διαμεριζόντες τάς τε κώμας τῶν Σύρων καὶ τὰς προσεχεῖς ἐπόρθουν πόλεις, Φιλαδέλφειάν τε καὶ [d] Σεβωνίτιν, καὶ [e] Γέρασαν, καὶ Πέλλαν, καὶ Σκυθόπολιν. ἔπειτα Γαδάροις καὶ Ιππῳ καὶ τῇ Γαυλανίτιδι προσπεσόντες, [f] τὰς μὲ καλαγρεφάμενοι, τὰς δὲ [g] ὑποπρήσαντες, ἐχώρουν ὅπῃ [h] Κέδασαν τῶν [i] Τυρίων, καὶ Πτολεμαΐδα, [k] Γάζαν τε καὶ Καισάρειαν. ἀνέσχε δὲ οὐδὲ Σεβαστὴ ταῖς ὁρμαῖς αὐτῶν, οὐδὲ Ασκάλων. ἀλλ' ὅπῃ ταύταις [l] πυρποληθείσαις, Ανθηδόνα καὶ Γάζαν καλέσκαπτον. πολλαὶ δὲ ᾗ ἑκάστην [m] τούτων τῶν πόλεων ἀνηρπάζοντα κῶμαι, καὶ τῶν ἁλισκομένων ἀνδρῶν φόνος ἦν ἄπειρος.

β'. Οὐ μὴν οἱ Σύροι τῶν Ιουδαίων ἔλαττον πλῆθος ἀνῄρουν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι λαμβανομένους ἀπέσφαττον, οὐ μόνον κατὰ μῖσος ὡς πρότερον, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸν ἐφ' ἑαυτοῖς κίνδυνον φθάνοντες. [n] δεινὴ ἦ ὅλῃ τὴν Συρίαν ἐπέχει ταραχὴ, καὶ πᾶσα πόλις εἰς δύο διῄρητο στρατόπεδα. σωτηρία δὲ τοῖς ἑτέροις ἦν τὸ τοὺς ἑτέρους φθάσαι. καὶ τὰς μὲ ἡμέρας ἐν αἵματι διῆγον, τὰς δὲ νύκτας δέει χαλεπωτέρας. [o] ἀπεσκυδάλλ. γὰρ τοὺς Ιουδαίους δοκοῦντες ἕκαστοι, τοὺς Ιουδαΐζοντας εἶχον ἐν ὑποψίᾳ, καὶ τὸ παρ' ἑκάστοις ἀμφίβολον ὅτε ἀνελεῖν τις προχείρως ὑπέμενε, καὶ μεμιγμένον ὡς βεβαίως ἀλλόφυλον ἐφοβεῖτο. προεκαλεῖτο δὲ ὅπῃ τὰς σφαγὰς τῶν ἁφόρων καὶ τοὺς πάλαι πρωτοστάτους εἶναι δοκοῦντας, ἡ πλεονεξία. τὰς γὰρ οὐσίας τῶν ἀναιρεθέντων ἀδεῶς διήρπαζον, καὶ καθάπερ [p] ἐκ τεταγμένης τὰ σκῦλα τῶν ἀνῃρημένων [q] εἰς τοὺς οἰκείους οἴκους μετέφερον. ἐνδοξός τε ἦν ὁ πλείστα κερδάνας, ὡς κατισχύσας πλειόνων. [r] ἦν δὲ ἰδεῖν τὰς πόλεις μεστὰς ἀτάφων σωμάτων, καὶ νεκροὺς ἅμα παισὶ γέροντας ἐρριμμένους, γυναικά τε [s] μήτε τὸ ἐπ' [t] αἰδοῖ σκέπης μετειληφότα, καὶ πᾶσαν μὲν [v] τὴν ἐπαρχίαν μεστὴν ἀδιηγήτων συμφορῶν, μείζονα δὲ τῶν [x] ἑκάστοτε τολμωμένων τὸ ὅπῃ τοῖς ἀπειλημένοις [y] μετάστασιν.

γ'. Μέχρι μὲν δὴ τούτων Ιουδαίοις πρὸς τὸ ἀλλόφυλον ἦσαν [z] συμβολαί. καταλῥέχοντες ἦ εἰς Σκυθόπολιν τοὺς παρ' [a] ἐκείνῃ Ιουδαίους [b] ἐπειράσοντο πολεμίους. [c] ταξάμενοι γὰρ μὲ τῇ Σκυθοπολιτῶν, καὶ τὴν

derentur, & Cæsarea omnis vacua facta est Judæis. nam fuga dilapsos comprehendit Florus, & vinctos ad navalia deducebat. Nunciata autem hac è Cæsarea clade, tota Judæorum gens efferata est: divisique & Syrorum vicos & finitimas civitates vastabant, Philadelphiam *scilicet* & Sebonitin, & Gerasam, & Pellam, & Scythopolin. Deinde cum in Gadara & Hippon Gaulanitidem impetum fecissent, & loca quædam evertissent, aliaque incendissent, recta ibant ad Cedasam Tyriorum, & Ptolemaïdem, Gabamque & Cæsaream. Eorumque incursibus neque Sebaste resistebat, neque Ascalon: sed cum eas flammis vastassent, Anthedona & Gazam funditus everterunt. Multi etiam istis civitatibus finitimi vici diripiebantur, virorumque quos ceperant ingens facta est cædes.

*Judæi efferati Syrorum vicos & civitates vastant & incendunt.*

2. Veruntamen Syri non minorem Judæorum multitudinem occidebant: sed & ipsi in civitatibus comprehensos trucidabant, non solum ex odio uti prius, sed ut periculum quod illis imminebat mature prævenirent. Magna autem *rerum* perturbatio Syriam omnem occupabat, & unaquæque civitas in duos divisa erat exercitus. illis autem invicem saluti erat, si alteri alteros prævertissent, vitamque interdiu quidem in cæde agebant, noctu vero in formidine graviori. Nam cum singuli Judæos de medio sublatos esse existimarent, Judaïzantes suspectos habebant: atque dubios utrinque & ambiguos haud temere quisquam interficere volebat, permistos tamen cum aliis ut plane alienigenas metuebat. Ad cædes autem adversæ partis illos etiam provocabat avaritia, qui prius summe mansueti esse viderentur. nam cæsorum facultates intrepide diripiebant, & quasi ex acie occisorum spolia in domos suas deportabant: quique plurima lucratus est *maxime* habebatur illustris, ac si plures *virtute* superasset. Cernere autem erat civitates cadaveribus insepultis refertas, & mortuos projectos cum infantibus senes, & * mulieres ipso pudoris velamento nudatas; & totam quidem provinciam calamitatibus infandis plenam, iis vero quæ perpetrabantur majorem intentatam *rerum in pejus* mutationem.

*Syri pœnas repetunt à Judæis.*

*Magna per Syriam perturbatio, metus, & cædes.*

3. Et hactenus quidem Judæi conflictati sunt cum alienigenis: excursionem autem facientes in Scythopoleos fines, etiam Judæos illic habitantes experti sunt hostes. Nam cum ad aciem præsto essent Scythopolitis, & affinitatem posthaberent pro-

*Judæi etiam Judæos sibi hostes experiuntur.*

*d* Σεβωνίτιν] Ita rescripsi ex *Big.* & *Voss.* Γεβωνίτιν in *Editis.* Γεβωνῖτιν *Bod.* in *Rufini* versione *Gebdeonuten* & *Gebonitin.* Verum rectius forsan Εσσεβωνῖτιν, prout in *Antt.* lib. 12. c. 4. §. 10.

*e* Γέρασαν,] Sic *Big. Voss. Bod.* & *Rhed.* Γέρασσαν in *Editis.* Huds. Conf. sup. lib. 1. c. 4. §. 8. Spanh.

*f* Τὰς] Καὶ τὰς *Lugd. Bat.*

*g* Ὑποπρήσαντες,] *Rost.* Ὑπεμπρήσαντες.

*h* Κέδασαν] Κέδασα *Big.* Huds. Conf. *Antt.* lib. 13. cap. 5. §. 6. Spanh.

*i* Τυρίων,] Καὶ Τύρου *Bod.* & *Rost.* τῶν Τυρίων *Lugd. Bat.* Rectius sane τὴν Τυρίων. quippe in Tyriorum potestate aliquando fuit: *Antt.* lib. 13. c. 5. §. 6. μεταξὺ δ' ἦν Κέδασα τῆς τε Τυρίων γῆς καὶ τῆς Γαλιλαίας.

*k* Γάζαν] Γαβαλά τε in margine *Cod. Big.* Γάσαν *Lugd. Bat.* Huds. Pro Γαβὰ male Γάμαλα *Gen.* intr. lib. 3. cap. 3. §. 1. Γάβολα *MS. Lipsi.* Spanh.

*l* Πυρποληθείσαις,] Ita ex *Lugd. Bat.* & *Rost.* Reliqui πυροπολη θείσας. Hav.

*m* Τούτων τῶν πόλεων] Ita *Big.* & *Ruf.* τούτων τοῦ πολέμου in *Editis Aliisque.*

*n* Δεινὴ—ταραχὴ,] Inde Euseb. H. Ec. l. 2. c. 26. p. 68. Spanh.

*o* Ἀπεσκυδάλλοντο γὰρ τοὺς Ιουδαίους] Ἀποσκευάσασθαι *Bod.*

*p* Ἐκ παρατάξεως] Ἐκ παραδόσεως *Voss.*

*q* Εἰς τοὺς σφετέρους οἴκους] Εἰς τοὺς ἰτίρους οἴκους *in domos alios.* Ruf.

*r* Ἦν δὲ—γυναικά τε] Ὥστε ὁρᾶν *Euseb.* in *Hist. Eccl.* lib. 2. c. 26. & *Niceph. Call.* in *H. E.* lib. 3. c. 3. Huds. Inde Euseb. H. Eccles. loco indicato. p. 68. Spanh.

*s* Μήτε τὸ ἐπ'] Μηδὲ τὸ ἐπ' αἰδοῖ *Big.*

*t* Αἰδῶ] Forte αἰδοῖ. Cocc.

*v* Τὴν ἐπαρχίαν] Τὴν ἐπαρχίον in *Eusebii Codd.* contra quam apud *Josephum* & *Nicephorum.* Per provinciam hoc loco (inquit *Valesius*) intelligimus Judæam, quæ post obitum majoris Agrippæ in provinciæ formam redacta fuerat, & à procuratoribus Cæsaris regebatur.

*x* Ἑκάστοτε τολμωμένων] Ita cum *MSS.* & *Euseb.* ἑκάστῳ τε τολμωμένων in *Editis.* ἑκάστῳ τετολμημένων *Niceph.* Huds. Imo & *Lugd. Bat.* atque *Rost.* neque deterius. Hav.

*y* Μετάστασιν.] Ἀνάστασιν *Big.* in cæteris *Josephi* libris μετάστασιν. quod (inquit *Valesius*) sensu caret. quo factum ut *Gelenius* divinaret, quum *Rufini* verba ista, *majora his autem meus audendorum malorum, ipsis quæ acta erant facinoribus imminebant*, mutarit in sequentia, *majorum autem metus quam quæ peracta erant facinorum imminebat.* Ἀνασάτωσιν *Niceph.* tam in *Editis* quam *MSS.* & *Langus* vertit, *ea vero quæ fuerant ab unoquoque perpetrata scelera superabat ea quæ per minas denunciata fuerat eversio.* Verum in *Eusebio* ἀνάσταλιν habet *Stephani* editio. meliores *codices* ἀνάτασιν, quam scripturam præfert *Valesius*, & ad hunc modum interpretatur. *Sed tamen iis quæ ubique perpetrabantur malis, longe gravior erat formido eorum, quæ intentabantur.* utpote quod *Josephus* alibi dicat, καὶ τὴν συμφορῶν τὴν φόβου εἶναι χαλεπώτερον, simili plane sensu; pro φόβου scilicet posito ἀνάτασιν, eadem gaudente significatione. Huds. Quid μετάστασις est? *commotio* Hebræis רגש Cocc. Ἀνάλασιν *Euseb.* è *MSS.* Medic. & Marc. Vales. Not. p. 43. Spanh.

*z* Συμβολαί.] Προσβολαὶ *Big.* & *Voss.*

*a* Ἐκείνῃ Ιουδαίους] Ἐκείνοις *Big.* ἐκείνῳ *Bod.*

*b* Ἐπειράσοντο πολεμίους.] Ita *Big. Voss.* & *Ruf.* ἐπείρασαν πολεμίους *Bod. Rost.* & *Lipsi.* ἐπειρῶντο πολεμεῖν in *Editis.* Huds. Ἐπείρασαν πολ. *MS. Lipsi.* Spanh.

*c* Ταξάμενοι γὰρ] Ταραξάμενοι *Bod.* & *Rost.* qui pro γὰρ habet δὴ.

* Et feminas sine munimentis quibus pudenda tegerentur, *Pseudo-Hegesippi.*

propriæ incolumitati, cum ſuis popularibus manus conſerebant. ſuſpecta tamen erat hæc illorum promptitudo & alacritas. Itaque Scythopolitæ veriti ne noctu civitatem adorirentur, & magna ipſorum calamitate fratribus excuſarent defectionem, illis præcipiebant, ſi concordiam vellent confirmari ſuamque alienigenis fidem demonſtrari, ut cum familiis ſuis in lucum *proximum* tranſirent. Cum autem illi ſine *fraudis* ſuſpicione imperata feciſſent, duos quidem dies quieverunt Scythopolitæ, diſſimulantes ipſorum fidem: tertia vero nocte, captata *temporis* opportunitate, alios quidem incautos, alios vero ſopitos omnes trucidarunt, numero ad tredecim millia, & facultates omnium diripuerunt.

*Scythopolitæ magnam Judæorum ſtragem edunt.*

*Simon quidam Judæus ſuos trucidat.*

4. Convenit autem *hic loci* enarrare quod Simoni accidit, qui filius quidem erat Sauli cujuſdam viri non ignobilis, robore vero corporis & *animi* audacia præſtans, quibus utriſque in popularium ſuorum damnum abuſus eſt. Quapropter, cum quotidie immineret, multos quidem Judæorum Scythopoli propinquos occidebat, & frequenter integros eorum cuneos fundens fuganſque * ſolus erat inſtar aciei. Illi autem contigit pœna quam commeruit gentilium cædes. Nam poſtquam Scythopolitæ circundatis Judæis in luco eos jaculis configerent, gladio educto, neminem quidem hoſtium adoritur, (etenim videbat in tanta multitudine ſe nihil poſſe efficere) vehementi autem facta exclamatione, „ digna, inquit, Scythopolitæ, his quæ geſſi „ jam patior à vobis, quippe qui tam multa civium „ cæde benevolentiæ erga *vos* ipſos noſtræ fidem „ fecerim. quare juſtum eſt ut aliena quidem gens „ nobis infida comperiatur, qui extrema in noſtrum genus impietate deliquerimus. Morior „ quidem ut exſecrabilis propriis manibus: (haud „ enim honeſtum cadere manu hoſtili) hoc autem „ ipſum mihi erit & in pœnam ſcelere dignam, & „ cedet in fortitudinis laudem; ut nemo ſcilicet „ hoſtium de meo interitu glorietur, neque in ca„ dentem inſultet. " Cum iſta dixiſſet, miſerantibus ſimul & furentibus oculis familiam ſuam circumſpicit. erant autem ei & uxor & liberi & provecta ætate parentes. Ille vero primum *quidem* patrem, canis *capillis* prehenſum, enſe transfigit, poſt quem & matrem, non invitam, ac deinde uxorem & liberos, ſingulis ſane horum tantum non occurrentibus gladio & hoſtes prævenire cupientibus. Ille vero, cum omnem ſuam neceſſitudinem trucidaſſet, & ſuper cadaveribus conſpicuus ſtetiſſet, & dextram ſuſtuliſſet, ut ab omnibus videretur, totum in ſui cædem *viſceribus* immerſit enſem. Dignus quidem miſeratione juvenis propter corporis ſtrenuitatem & animi præſentiam: cæterum quantum ad fidem quam alienigenis præſtitit, meritas pœnas luit.

*Poſtea pœnam de ſe exigit Simon, ſuorum ſuique cædis.*

XX. 5. Poſt cædem autem in Scythopoli factam, reliquæ etiam civitates in Judæos ſingulæ apud ſe habitantes inſurgebant, atque bis mille *homines* & quingentos interfecerunt Aſcalonitæ, duoque millia Ptolemaïtæ, & non paucos in vincula conjece-

*Aliis in locis Judæorum interneccio facta.*

ἑαυτῶν ἀσφαλείας ἐν δευτέρῳ θέμενοι τὴν συγγένειαν, ὁμόσε τοῖς ὁμοφύλοις ἐχώρουν. ὑπωπτεύθη ἢ αὐτῶν καὶ τὸ λίαν πρόθυμον. [d] οἱ γὰρ Σκυθοπολῖται δείσαντες μὴ νύκτωρ ἐπιχειρήσωσι τῇ πόλει, καὶ μὴ μεγάλης αὐτῶν συμφορᾶς τοῖς οἰκείοις ἀπολογήσωνται, περὶ τὴν ἀπόστασιν, ἐκέλευον [e] αὐτούς, εἰ βούλονται τὴν ὁμόνοιαν βεβαιῶσαι καὶ τοὺς πρὸς τοὺς [f] ἀλλοεθνεῖς [g] πίστιν ἐπιδείξασθαι, μεταβαίνειν ἅμα ταῖς γενεαῖς εἰς τὸ ἄλσος. τοῦτο ποιησάντων τὸ προσταχθὲν χωρὶς ὑποψίας, δύο μὲν ἡμέρας ἠρέμησαν οἱ Σκυθοπολῖται, τὴν πίστιν αὐτῶν [h] δεβαίζοντες. [i] τῇ δὲ τρίτῃ νυκτὶ παραληρήσαντες, οὓς μὲν ἀφυλάκτους, οὓς δὲ κοιμωμένους, πάντας ἀπέσφαξαν, ὄντας τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ μυρίους καὶ τρισχιλίους, τάς τε κλήσεις διήρπασαν ἁπάντων.

δ'. Ἄξιον δὲ καὶ ἀφηγήσασθαι καὶ τὸ [k] τοῦ Σίμωνος πάθος, ὃς υἱὸς μὲν ἦν Σαούλου τινὸς τῶν οὐκ ἀσήμων, ῥώμῃ δὲ σώματος καὶ τόλμῃ ψυχῆς φέρων, ὅτι κακῷ τῶν ὁμοφύλων ἀμφοτέροις κατεχρήσατο. [l] πρωΐαν γὰρ ὁσημέραι πολλοὺς μὲν [m] ἀνῄρει τῶν πρὸς τῇ Σκηθοπόλει Ἰουδαίων, τρεπόμενος δὲ πολλάκις αὐτοὺς πάντας μόνος ἦν ῥοπὴ τῆς πολυτάξεως. περιέρχεται δὲ αὐτὸν ἀξία ποινὴ τοῦ συγγενικοῦ φόνου. ἐπεὶ γὰρ περιεχόντες οἱ Σκυθοπολῖται κατηκόντιζον [n] αὐτοὺς ἀνὰ τὸ ἄλσος, σπασάμενος τὸ ξίφος ἐπ' οὐδένα μὲν [o] τρέπεται τῶν πολεμίων. καί γ' ἐώρα τὸ πλῆθος ἀνήνυτον. ἀναβοήσας δὲ μάλα σκληθῶς, „ ἄξιά γε ὧν ἔδρασα πάσχω Σκυθοπολῖται [p] καθ' „ ὑμῶν, ὅτι [q] τοσούτῳ φόνῳ συγγενῶν τὴν πρὸς „ [r] αὐτοὺς εὔνοιαν [s] ἐπιστώσαμην. τοιγαροῦν οἷς ἄπι„ στον μὲν εὐλόγως [t] εὕρηται τὸ ἀλλόφυλον, ἠσέβη„ ται δὲ [v] εἰς ἕκαστα τὸ οἰκεῖον. θνήσκω δ' ὡς „ σφαγὴς χερσὶν ἰδίαις. ἐγὼ γὰρ πρέπον [x] ἐν ταῖς τῶν „ πολεμίων. τὸ δ' αὐτὸ ἂν εἴη μοι καὶ ποινὴ δυ„ μιάσματος ἀξία, καὶ πρὸς ἀνδρείαν ἔπαινος, ἵνα „ μηδεὶς τῶν ἐχθρῶν τὴν ἐμὴν αὐχήσῃ σφαγήν, μηδὲ „ ἐπαλαζονεύσηται πεσόντι. " ταῦτα εἰπών, ἐλεῦσιν ἅμα καὶ τεθυμωμένοις ὄμμασι περισκέπτεται τὴν ἑαυτοῦ γενεάν. ἦν δὲ αὐτῷ καὶ γυνὴ καὶ τέκνα καὶ γηραιοὶ γονεῖς. ὁ δὲ πρῶτον μὲν πατέρα τὸν πολιᾶς ἐπισπασάμενος διελαύνει τῷ ξίφει, μεθ' ὃν οὐκ ἄκουσαν τὴν μητέρα, καὶ ἐπὶ τούτοις τήν τε γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, μονονουχὶ ὑπαντιῶντι ἑκάστῳ τῷ ξίφει; σπεύδοντος φθάσαι τοὺς πολεμίους. ὁ δὲ διελθὼν πᾶσαν τὴν γενεὰν, καὶ περιοπτικὸς ἐπιστὰς τοῖς σώμασι, τήν τε δεξιὰν ἀνατείνας, ὡς μηδένα λαθεῖν, ὅλον εἰς τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν ἐβάπτισε τὸ ξίφος. ἄξιος μὲν ἐλέους ὁ νεανίας δι' ἀλκὴν σώματος, καὶ ψυχῆς [y] παράστημα. τὰ δὲ πρὸς ἀλλοφύλους πίστεως ἕνεκεν, ἀκολάστοις πάθεσι χρησάμενος.

ε'. Πρὸς δὲ τὴν ἐν Σκυθοπόλει φθορὰν, αἱ λοιπαὶ πόλεις ἐπανέσταντο τοῖς καθ' ἑαυτὴν Ἰουδαίοις ἑκάστη, καὶ πεντακοσίους μὲν ἐπὶ [z] δισχιλίοις Ἀσκαλωνῖται, Πτολεμαεῖς δὲ δισχιλίους ἀπέκτειναν, ἔδησάν τε οὐκ ὀλίγους.

*d* Οἱ γὰρ Σκυθοπολῖται] De hac clade Judæorum à Scythopolitis. Vid. de Vita. §. 6. σκυθοπολῖται δὲ πάντων ἀσεβέστατα, &c. SPANH.

*e* Αὐτοὺς,] Αὐτοῖς *Bod.*

*f* Ἀλλοεθνεῖς] Ἀλλογενεῖς *Big.*

*g* Πίστιν] Abeſt a *Roſt.*

*h* Δεβαίζοντες.] Δελεάζοντες *Suidas* interpretatur ἐπικρύπτοντας, hunc *Joſephi* locum afferens, ſed mutilatum.

*i* Τῇ—παρατηρήσαντες,] Ita *Big.* & *Suid.* in voce δελεάζοντες. alio autem ordine, ſc. τῇ τρίτῃ δὲ, in *cæteris.*

*k* Τοῦ Σίμωνος πάθος,] Illud τοῦ additum eſſe volui è *Cod. Voſſ.*

*l* Πρωΐαν γὰρ] Eſt (quomodo exſtat & in *Lugd. Bat.*) qui malit πρωΐθεν.

*m* Ἀνῄρει—Ἰουδαίων,] Ita *Big. Voſſ.* & *Ruf.* ἀναιρεῖ in *cæteris.*

*n* Αὐτοὺς] Abeſt a *Roſt.*

*o* Τρέπεται τῶν πολεμίων.] Ὡρμησε *Big.* & *Ruf.* qui vertit, *impetum fecit.*

*p* Καθ' ὑμῶν,] Forſan παρ' ὑμῶν. aut ἄξιά γε ὧν ἔδρασα μεθ' ὑμῶν πάσχω Σκυθοπολῖται, ὅτι.

*q* Τοσούτῳ φόνῳ συγγενῶν] Τοιούτῳ *Big.*

*r* Αὐτοὺς] Illud αὐτοὺς pro ὑμᾶς. Veruntamen ſi quis αὐτοὺς deleri malit & ὑμᾶς in locum ejus reponi, per me licet.

*s* Ἐπιστώσαμην.] Ἐπιστώσασθαι *Big.* & mox θνήσκομαι ὡς ἐναγὴς.

*t* Εὕρηται τὸ ἀλλόφυλον,] Εἴρηται *Big.*

*v* Εἰς ἕκαστα τὸ οἰκεῖον.] Εἰς ἕκαστον *Bod.* & *Voſſ.*

*x* Ἐν ταῖς] Abeſt a *Roſt.*

*y* Παράστημα.] Conf. ſupr. lib. 1. c. 2. §. 4. & lib. 2. c. 10. §. 4. ut & infr. c. 20. §. 7. & c. 21. §. 1.

*z* Δισχιλίους Ἀσκαλωνῖται,] Δισχιλίοις *Big.*

* Totius aciei momentum ſolus erat, *Ruf.*

ὀλίγους. καὶ Τύριοι μὲν συχνοὺς διεχρήσαντο. [a] τὸ πλεῖον δὲ αὐτῶν δεσμώτας ἐφύλαττον. [b] Ἱππηνοί τε καὶ Γαδαρεῖς ὁμοίως, τοὺς μὲν θρασυτέρους ἀπεσκευάσαντο, τοὺς δὲ φοβεροὺς ἀφ' [c] φυλακῶν εἶχον. αἵτε λοιπαὶ πόλεις τῆς Συρίας, ὅπως ἑκάστη πρὸς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἢ μῖσος ἢ δέος εἶχον. μόνοι δ' Ἀντιοχεῖς καὶ Σιδώνιοι καὶ Ἀπαμεῖς ἐφείσαντο τῶν μετοικούντων, καὶ ὅτε ἀνελεῖν [d] τινα Ἰουδαίων ὑπέμειναν, ὅτε δῆσαι. τάχα μὲν καὶ ἀφ' τὸ σφέτερον πλῆθος ὑπερορῶντες αὐτοῖς πρὸς τὰ κινήματα, τὸ πλέον δὲ ἔμοιγε δοκεῖ οἴκτῳ πρὸς οὓς οὐδὲν ἑαυτῶν νεωτερίζοντας. Γερασηνοί τε ὅτε εἰς τοὺς ἐμμείναντας [e] ἐπλημμέλησαν, οὐ τοὺς ἐξελθεῖν ἐθελήσαντας προέπεμψαν μέχρι τῶν ὁρίων.

ς'. Σωυέστη δὲ [f] καὶ τῇ Ἀγρίππα βασιλείαν ἐπιβουλὴ τῶν Ἰουδαίων. αὐτὸς γὰρ ἐπεπόρευτο πρὸς Κέστιον Γάλλον εἰς Ἀντιόχειαν, [g] καταλελοίπει δὲ διοικεῖν [h] τὰ πράγματα [i] τινὰ τῶν ἑταίρων [k] τὸν ὁμώνυμα [l] Νόαρον, [m] Σοέμῳ τῷ βασιλεῖ [n] προσήκοντα τῶν γένει. ἦκον δὲ ἐκ [o] Βαταναίας ἑβδομήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες, οἱ τῶν γένει καὶ σύνεσιν τῶν πολιτῶν δοκιμώτατοι, χρατιὰν αἰτοῦντες, ἵνα εἴ τι γένοιτο κίνημα καὶ περὶ σφᾶς ἔχοιεν ἀξιόχρεων φυλακήν, κωλύειν τοὺς ἐπανιστάμενους. τούτους ὁ [p] Νόαρος, ἐκπέμψας νύκτωρ τῶν βασιλικῶν ὁπλιτῶν τινας, ἅπαντας ἀναιρεῖ, τολμήσας μὲν τοῦργον δίχα τῆς Ἀγρίππα γνώμης, ἀφ' ἧς φιλαργυρίαν ἄμετρον εἰς τοὺς ὁμοφύλους ἐλόμενος ἀσεβεῖν, τὴν βασιλείαν διέφθειρεν. διετέλει τε ὠμῶς εἰς τὸ ἔθνος παρανομῶν, μέχρι πυθόμενος Ἀγρίππας, ἀνελεῖν μὲ αὐτὸν ἠδέσθη ἀφ' Σόεμον, ἔπαυσε δὲ τῆς ἐπιτροπῆς. οἱ δὲ στασιασταὶ [q] καταλαβόμενοι φρούριον, ὃ καλεῖται μὲν [r] Κύπρος, καθύπερθε δὲ τῆς Ἱεριχοῦντος, τοὺς μὲν φρουροὺς ἀπέσφαξαν, τὰ δὲ ἐρύματα κατέρριψαν εἰς γῆν. κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, ἐν τῷ Μαχαιροῦντι Ἰουδαίων τὸ πλῆθος ἔπειθον τοὺς φρουροῦντας Ῥωμαίους [s] ἐκλείπειν τὸ χωρίον, καὶ παραδιδόναι σφίσιν. οἱ δὲ, τῆς ἐπιβίας ἀφαίρεσιν εὐλαβηθέντες, συνίθεντο πρὸς αὐτοὺς ἐκχωρήσειν ὑποσπονδοι. καὶ λαβόντες τὰ πίστα παραδιδόασι τὸ φρούριον, ὅπερ φυλακῇ [t] κραταιούμενον κατεῖχον οἱ Μαχαιρῖται.

ζ'. Κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀεὶ μὲν ἦν στάσις πρὸς τὸ Ἰουδαϊκὸν τοῖς ἐπιχωρίοις, ἀφ' ἧς χρησάμενοι προθυμοτάτοις κατὰ τῶν Αἰγυπτίων Ἰουδαίοις Ἀλέξανδρος, γέρας δὲ συμμαχίας ἔδωκε τὸ μετοικεῖν τὴν πόλιν [v] ἐξ ἰσοτιμίας [x] πρὸς Ἕλληνας. διέμεινε δὲ αὐτοῖς ἡ τιμὴ καὶ παρὰ τῶν διαδόχων, οἳ καὶ τόπον ἴδιον αὐτοῖς ἀφώρισαν, ὅπως καθαρωτέραν [y] ἔχωσι τὴν δίαιταν, ἧττον ἐπιμισγομένων τῶν ἀλλοφύλων, καὶ χρηματίζειν ἐπέτρεψαν Μακεδόνας. [z] ἐπεὶ δὲ Ῥωμαῖοι καθεῖλόν τὴν Αἴγυπτον, ὅτε Καῖσαρ ὁ πρῶτος ὅτε τῶν μετ' αὐτὸν τις ὑπέμεινε τὰς ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τιμὰς Ἰουδαίων ἐλαττῶσαι. συμβολαὶ δὲ

runt. Et quidem Tyrii multos trucidarunt, ex illis vero plures custodiis vinctos tradiderunt: similiterque Hippeni & Gadarenses audacissimos quidem de medio sustulerunt, quos vero formidarent solicite adservabant; itidemque reliquæ Syriæ urbes, prout quæque Judæos metuerent odiove haberent. Soli autem Antiocheni & Sidonii & Apamenses iis qui secum habitarent pepercerunt, & neque Judæum quenquam occidere aut vincire sustinuerunt. forsan quidem quod, suorum civium multitudine freti, Judæorum motus, si quos concitarent, despectui haberent; potius vero, ut mihi videtur, quod illorum misererentur quos nihil novi moliri videbant. Gerasseni etiam eos qui apud ipsos manerent nulla injuria affecerunt, & egredi volentes usque ad fines suos deduxerunt. *Iis tamen parcitur à nonnullis civitatibus.*

6. Quin & contra Judæos in Agrippæ regno compositæ erant insidiæ. Nam ille Antiochiam profectus ad Cestium Gallum, rerum administrationem cuidam ex amicis reliquerat, nomine Noaro, Sohemo regi genere propinquo. Venerunt quippe de Batanæa viri numero septuaginta, nobilitate & prudentia civium suorum præstantissimi, poscendi præsidii gratia; ut si qui apud ipsos quoque motus fierent, custodiam idoneam haberent, per quam possent insurgentes quosque comprimere. Hos Noarus, noctu emissis quibusdam è regiis militibus, omnes interimit; ausus quidem hoc facinus præter consilium Agrippæ, propter nimiam vero pecuniæ cupiditatem in populares suos impius esse non recusans, regnum perditum ibat: neque cessabat crudelitatem suam in gentem exercere, donec Agrippa rem rescisceret, qui licet in eum animadvertere propter Soëmum veritus esset, munus tamen procuratorium ei ademit. Seditiosi autem, capto castello, quod Cypros appellabatur & Hierichunti imminebat, omnes qui in præsidio erant interfecerunt, & munimenta solo æquarunt. Ac per eosdem dies Judæi, qui magno numero in Machærunte erant, Romanorum præsidio persuadebant castellum relinquere eisque tradere. Illi vero, metu ne ab ipsis vi eriperetur, cum iis transigunt certis conditionibus inde discedere, fideque accepta eis in manus tradunt castellum, quod præsidiis munitum in potestate sua tenebant Machæruntii. *Noarus abs sente Agrippa sævit in Judæos.* *Noaro irascitur Agrippa.* *Romani Judæis Machæruntem tradunt.*

XXI. *Seditio Alexandriæ inter Judæos & Græcos.*

7. Alexandriæ vero perpetua quidem inter primos ejus incolas & Judæos contentio erat, ex quo Alexander, Judæorum opera promptissima adversus Ægyptios usus, in auxilii remunerationem concessit eis æquo jure cum Græcis urbem habitare. Idemque illis honor constabat etiam apud Alexandri successores, qui & locum illis proprium assignarunt, ut puriorem haberent vivendi rationem, magis ab alienigenarum admistione liberatam, permiseruntque ut Macedones appellarentur. postquam etiam Romani in potestatem suam redegissent Ægyptum, neque Cæsar primus, neque successorum ejus quisquam honores quibus Alexander Judæos impertiit mi-

[a] Τὸ πλεῖον δὲ αὐτῶν] Πλείστους *Big.*
[b] Ἱππηνοί—Γαδαρεῖς] Conf. infr. lib. 3. c. 3. §. 1. Ἱππηνή τε καὶ Γαδαρίς. & de Vita. §... ἐμπίπρησι τὰς τε γαδαρηνῶν καὶ ἱππηνῶν κώμας. SPANH.
[c] Φυλακῶν εἶχον.] Φυλακῆς *Big.*
[d] Τινα Ἰουδαίων] Τινα τῶν Ἰουδαίων *Voss.*
[e] Ἐπλημμέλησαν,] Ἐμελέτησάν τε πλημμελήσασθαι *Bod.* & *Rost.*
[f] Καὶ καῖσα] Ita *MSS.* καῖσα a *Gen.* abest.
[g] Καταλελοίπει] Καταλέλειπτο ἡ διοικεῖν τὰ πράγματα τότε, τῶν ἑταίρων τις τῶνδε Νοαρος *Lipsi.* qui & infra habet προσήκων. HUDS. Καταλελείπτο *MS. Lipsi.* SPANH.
[h] Τὰ πράγματα] Τὰ πραγμ. τότε. *MS. Lipsi.* SPANH.
[i] Τινὰ τῶν ἑταίρων] *Lugd. Bat.* Τότε τῶν ἑταίρων τινὰ.
[k] Τὸν ὁμώνυμα] Τῷ τῶνομ. *MS. Lipsi.* SPANH.
[l] Νόαρον,] Juxta *Rufinum* legendum Οὐάρον, & mox Οὐάρος. Verum ab eo dissentiunt *Codices Græci.* HUDS. *Lugd. Bat.* Νόαρον. Conjicit *Coccejus* αὐτῷ. Varus *Rufinus.* SPANH.
[m] Σοέμῳ] De Sohemo mox §. 9. *Tacit. Annal.* XIV. c. 7. ejus Pater Ithuræorum Arabum Rex *Dio* lib. LIX. vid. infr. lib. 3. c. 4. §. 2.
[n] Προσήκοντα] Pro προσήκοντα *MS. Lipsi.* προσήκων. SPANH.
[o] Βαταναίας] Batanæa distincta a Gadaris, Gerasis, Hippo, Gaulanitis, &c. REL.
[p] Νόαρος,] *Lugd. Bat.* Iterum Νόαρος.
[q] Καταλαβόμενοι φρούριον,] Προσλαμβόμενοί τι φρ. *Big.* τὸ φρ. *Voss.*
[r] Κύπρος,] Conf. supr. lib. 1. c. 21. §. 4. & *Antt.* lib. 16. c. 5. §. 2.
[s] Ἐκλείπειν τὸ χωρίον,] Ἐκλιπεῖν τὸ φρούριον *Big.*
[t] Κραταιούμενον] Κρατυνόμενον *Voss.*
[v] Ἐξ ἰσοτιμίας] Conf. *Antt.* lib. 14. c. 7. §. 2. SPANH.
[x] Πρὸς Ἕλληνας.] Πρὸς τοὺς Ἕλληνας *Big.*
[y] Ἔχωσιν τὴν δίαιταν,] Ἔχοιεν αὐτοὶ τὴν δ'. *Bod.* & *Rost.*
[z] Ἐπεὶ δὲ] *Lugd. Bat.* Ἐπεὶ τε. *Rost.* Ἐπεῖπα.

minuere ſuſtinuit. Conflictus autem eorum cum Græcis *fere* ſine intermiſſione facti erant, &, præfectis in multos quotidie partis utriuſque animadvertentibus, ſeditio plus pluſque accendebatur. Tunc vero, cum apud alios res turbatæ eſſent, inter illos iræ magis exardeſcebant. Nam cum Alexandrini concionem haberent de legatione quam miſſuri erant ad Neronem, accidit ut multi quidem Judæorum permixti Græcis in amphitheatrum confluerent: cum autem eos vidiſſent * inimici, illico clamare cœperunt, hoſtes eos & exploratores vocantes, ac deinde facto inſultu manus illis inferebant. Et reliqui quidem dum fugerent perierunt; tres vero ex illis comprehenſos *per urbem* trahebant, quaſi vivos uſtulaturi. Qua re fiebat ut univerſi moverentur Judæi † ad facinus vindicandum. Et primum quidem in Græcos lapides jaciebant: poſtea vero facibus raptis in amphitheatrum properarunt, minantes ſe populum, ad unum omnes, in eo concrematuros. id quod ſane facere occupaſſent, niſi iras eorum compreſſiſſet Tiberius Alexander urbis præfectus. Non tamen ille coërcendi principium ab armis ſumpſit: ſed, miſſis ad eos certis ex optimatibus, hortabatur ut quieſcerent, neque adverſum ſe milites Romanos irritarent. Seditioſi autem, riſu excipientes hortationem, contumeliis appetebant Tiberium.

*Qua de cauſa accenditur.*

*Tiberius Alexander conatur eam ſedare.*

*Tiberius Alexander à ſeditioſis irridetur.*

*Millia Judæorum ejus permiſſu occiſa.*

8. Atque ille, poſtquam vidit abſque ingenti clade tumultuoſos non poſſe compeſci, immiſit in eos duas Romanorum legiones, quæ in civitate erant, & cum his alios ad quinque millia milites, qui forte aderant ex Libya venientes ad Judæorum interitum. Permiſit autem *eis*, ut non ſolum interficerent *Judæos*, ſed ut bona etiam eorum diriperent, & domos incendio delerent. Illi vero, facta irruptione in locum qui Delta vocatur, (illic quippe frequentes habitabant Judæi) imperata faciebant, non tamen ſine ſuorum cæde. Nam Judæi, cum ſeſe conglobaſſent & armis melius inſtructos in fronte poſuiſſent, diu quidem reſiſtebant: cum vero ſemel loco cederent magno numero perempti erant; & omne genus exitio dati ſunt, aliis quidem ſub dio comprehenſis, aliis vero in ædes contruſis. Quin & iſtas ſuccenderunt Romani, quæ intus erant prius diripientes. Et neque infantum illos miſerebat, neque adverſus ſenes reverentiam adhibebant, ſed in omnes ætates pari cæde graſſabantur: adeo ut totus quidem locus iſte ſanguine inundaretur, quinquaginta vero in cumulos congeſta eſſent hominum millia. Neque autem reliquæ factæ fuiſſent reliquiæ, niſi ad preces ſe convertiſſent. Alexander autem, illorum miſertus, juſſit Romanos receptui canere. Et illi quidem, ſoliti dicto audientes eſſe, primum ad nutum cæde abſtinebant; at vulgus Alexandrinorum ex nimio *& inveterato* odio revocatu difficile erat, & vix à cadaveribus avelli poterat.

XXII. *Ceſtius cum magno exercitu contra Judæos proficiſcitur.*

9. Hujuſmodi quidem clades apud Alexandriam contigit: Ceſtio vero jam quieſcendum eſſe non videbatur, cum *ſcilicet* Judæi ubique armis peterentur. Itaque cum aſſumpſiſſet ex Antiochia duodecimam legionem, eamque juſto numero, & ex reliquis bina millia hominum electorum, peditumque

ἦσαν αὐτῶν ἀδιάλειπτοι πρὸς τὺς Ἕλλωας, καὶ τ' ἡγεμόνων πολλὺς ὁσημέραι παρ' ἀμφοῖν κολαζόντων, ἡ στάσις μᾶλλον παρωξύνετο. τότε δὲ [a] ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις ἐτεθάρακτο, μᾶλλον ἐξήφθη τὰ παρ' ἐκείνοις. καὶ δὴ τ' Αλεξανδρέων ἐκκλησιαζόντων περὶ ἧς ἔμελλον ἐκπέμπειν πρεσβείας ὑπὲρ Νέρωνα, συνερρύησαν μὲν εἰς τὸ ἀμφιθέατρον ἅμα τοῖς Ἕλλησι συχνοὶ Ιουδαίων. καλιδόντες δὲ αὐτὺς οἱ ἄμφοροι, πολὺ χρῆμα ἀνεβόων. πολεμίους καὶ κατασκόπους λέγοντες, ἔπειτα ἀναπηδήσαντες ἐπέβαλλον τὰς χεῖρας αὐτοῖς. οἱ μὲν οὖν λοιποὶ φεύγοντες [b] διεφθάρησαν. τρεῖς δὲ ἄνδρας συλλαβόντες ἕσυρον ὡς ζῶντας κατασφλέξοντες· ἤρθη δὲ πᾶν τὸ Ιουδαϊκὸν ὑπὲ τ' ἄμυναν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον λίθοις τὺς Ἕλλωας ἔβαλλον. αὖθις δὲ λαμπάδας ἁρπασάμενοι πρὸς τὸ ἀμφιθέατρον ὥρμησαν, ἀπειλοῦντες κατασφλέξειν σὺν αὐτῷ τ' δῆμον [c] αὐτάνδρον. καὶ ἔφθασαν τοῦτο δράσαντες, εἰ μὴ τὺς θυμὺς αὐτῶν ἀνέκοψε [d] Τιβέριος Αλέξανδρος ὁ τ' πόλεως ἡγεμών. ὁ μὲν οὖτός τε ἀπὸ τ' ὅπλων ἤρξατο σωφρονίζειν, ἀλλ' ὑποπέμψας τὺς γνωρίμους αὐτοῖς, παύσασθαι παρεκάλει, καὶ μὴ καθ' ἑαυτῶν ἐρεθίζειν [e] τὸ Ρωμαίων στράτευμα. κατακλευάζοντες δὲ τ' παρακλήσεως οἱ στασιῶδεις, ἐβλασφήμουν τ' Τιβέριον.

η'. Καίτοι γε, σωιδὼν ὡς χωρὶς μεγάλης συμφορᾶς οὐκ ἂν παύσαιντο νεωτερίζοντες, ἐπαφίησιν αὐτοῖς τὰ κατ' τ' πόλιν Ρωμαίων δύο τάγματα, καὶ σὺν αὐτοῖς πεντακισχιλίους στρατιώτας, κατ' τύχην παρόντας εἰς τ' Ιουδαίων ὄλεθρον ἐκ Λιβύης· ἐπέτρεψε δὲ οὐ μόνον ἀναιρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰς κλήσεις αὐτῶν διαρπάζειν, καὶ τὰς οἰκίας κατασφλέγειν. οἱ δ' ὁρμήσαντες εἰς τὸ καλούμενον Δέλτα, συνῴκιστο γὰρ ἐκεῖ τὸ Ιουδαϊκὸν, ἐτέλουν τὰς σφαγάς, οὐ μὴν [f] ἀναιμωτὶ συστραφέντες γὰρ οἱ Ιουδαῖοι, καὶ τὺς ἄμεινον ὡπλισμένους [g] αὐτῶν προτάξαντες, μέχρι πολλοῦ μὲν ἀντέσχον. ἅπαξ δὲ [h] κλινάντες ἀνέδην διεφθείροντο. καὶ πανταχῆς ἦν αὐτῶν ὄλεθρος, τ' μὲν ἐν τῷ πεδίῳ κατακαιόμενων, τ' δὲ εἰς τὰς οἰκίας συνωθουμένων. [i] ὑπεπίμπρασαν δὲ καὶ ταύτας οἱ Ρωμαῖοι, προδιαρπάζοντες τὰ ἔνδον. καὶ οὔτε νηπίων ἔλεος [k] αὐτοῖς, οὔτε αἰδὼς εἰσήει γερόντων, ἀλλὰ πάσης ἡλικίας ἐχώρουν κτείνοντες, ὡς ὑπὸ πλυθῆναι μὲν αἵματι πάντα τ' χῶρον, πέντε δὲ μυριάδας σωρευθῆναι νεκρῶν. πολὺ δ' ἂν ἐλείφθη ἀν οὔτε τὸ λοιπὸν, εἰ μὴ πρὸς [l] ἱκετείαν [m] ἐτράποντο. [n] καλοικτείρας δὲ αὐτὺς [o] Αλέξανδρος, ἀναχωρεῖν τὺς Ρωμαίους ἐκέλευσεν. [p] καὶ οἱ μὲν, ἐξ ἔθους ἔχοντες τὸ [q] πειθήνιον, ἅμα νεύματι τ' φονεύειν ἐπαύσαντο· τὸ δημοτικὸν δὲ τ' Αλεξανδρέων δι' ὑποψολὴν μίσους δυσανάκλητον ἦν, καὶ μόλις ἀπεσπᾶτο τ' σωμάτων.

θ'. Τοιοῦτο μὲν τὸ κατ' τ' Αλεξάνδρειαν πάθος [r] συνηνέχθη. Κεστίῳ δὲ οὐκ ἔτι ἠρεμεῖν ἐδόκει, πανταχῆ τῶν Ιουδαίων ἐκπεπολεμωμένων. ἀναλαβὼν δὲ ἀπὸ τ' Αντιοχείας τὸ μὲν δωδέκατον τάγμα πλήρες, ἀπὸ δὲ τῶν λοιπῶν ἀνὰ διχιλίους ὁπλίτας, πεζῶν [s] δὲ

[a] Ως] Abeſt a *Roſt.*

[b] Διεφθάρησαν.] Διεσκεδάσθησαν aut ſimile verbum in ſuo codice habuiſſe videtur *Rufinus*, qui reddit, *ut reliqui quidem fugientes diſſipati ſunt.*

[c] Αὐτανδρον.] Αὐτανδρον lib. 3. c. 6. §. 31. Αὐτανδρον, σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν. *Heſychius.* SPANH.

[d] Τιβέριος—ἡγεμών.] Conf. ſupr. c. 15. §. 1. SPANH.

[e] Τὸ Ρωμαίων στράτευμα.] Τὸ τ' Ρωμ. *Voſſ.*

[f] Ἀναιμωτί.] Ἀναιμωτί. Supr. *Ant.* lib. 19. cap. 1. §. 15. SPANH. *Roſt.* Ἐναιμωτι.

[g] Αὐτῶν προλαξάντες,] Ἐαυτῶν προλαξάμενον *Big.* & *Lugd. Bat.*

[h] Κλίναντες ἀνέδην διεφθείροντο.] Ἐκλίναντες *Big.*

[i] Ὑπεπίμπρασαν] Κατεπίμπρησαν *Gall.*

[k] Αὐτοῖς,] Αὐτὺς *Big.*

[l] Ἱκετείαν] Ἱκετηρίας *Big.* & *Bod.*

[m] Ἐτράποντο.] Ἐτράπετο *Gall. Roſt.* & *Bod.* & mox ἀπεσπάσατο cum *Big.* HUDS. Ἐτράπελο. *MS. Lipſ.* SPANH.

[n] Καλοικτείρας] Καλοικτηρήσας *Gall.* & *Voſſ.* HUDS. Καλοικτιρήσας *MS. Lipſ.* SPANH.

[o] Αλέξανδρος.] Conf. ſup. c. 15. §. 1. SPANH.

[p] Καὶ οἱ μὲν,] Οἱ μὲν οὖν ἐξ ἔθους τὸ πειθήνιον ἔχοντες. *Big.*

[q] Πειθήνιον,] Conf. ſup. lib. 1. c. 1. §. 4. SPANH.

[r] Συνηνέχθη.] Συνήφθη *Voſſ.*

* Æmuli *Ruf.*

† Ad opem ferendam, *Ruf.*

[s] δὲ

[s] δὲ ἐξ σπείρας, καὶ τέσσαρας ἴλας ἱππέων, πρὸς αἷς τὰς ἀφ' τοῦ βασιλέων συμμαχίας, [t] Ἀντίοχος μὲν διχιλίους [v] ἱππεῖς, καὶ πεζοὺς τρισχιλίους, τοξότας πάντας, Ἀγρίππα δὲ πεζοὺς μὲν τοὺς ἴσους, ἱππεῖς δὲ [x] διχιλίων ἐλάττους· ἕπετο δὲ καὶ ὁ [y] Σόεμος μετὰ [z] τετρακισχιλίων, ὧν ἦσαν ἱππεῖς ἡ τρίτη μοῖρα, καὶ τὸ πλέον τοξόται. προῆλθεν εἰς Πτολεμαΐδα. πλεῖστοι δὲ καὶ ἐκ τῶν πόλεων ἐπίκουροι συνελέγησαν, ἐμπειρίᾳ μὲν ἥττους τῶν στρατιωτῶν, ταῖς δὲ προθυμίαις καὶ τῷ κατὰ Ἰουδαίων μίσει τὸ λεῖπον ἐν ταῖς ἐπικήμαις [a] ἀνεπλήρουν. συμπαρῆν δὲ καὶ αὐτὸς Ἀγρίππας Κεστίῳ, τήν τε ὁδὸν καὶ τὰ συμφέροντα ἐξηγούμενος. ἀναλαβὼν δὲ μέρος τῆς δυνάμεως Κέστιος, ὥρμησεν ἐπὶ πόλιν καρτερὰν τῆς [b] Γαλιλαίας [c] Ζαβυλῶν, ἣ καλεῖται [d] ἀνδρῶν, διορίζει δὲ ἀπὸ τοῦ ἔθνους τὴν Πτολεμαΐδα. [e] καταλαβὼν δὲ αὐτὴν ἔρημον μὲν ἀνδρῶν, [f] καταπεφευγότι γὰρ τὸ πλῆθος εἰς τὰ ὄρη, πλήρη δὲ παντοίων κτημάτων, τὰ μὲν [g] ἔφηκε τοῖς στρατιώταις διαρπάζειν, τὸ δὲ ἄστυ, καίτοι [h] θαυμαστῶν κάλλους ἔχον τὰς οἰκίας, ὁμοίως ταῖς ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι καὶ Βηρυτῷ δεδομημένας, ἐνέπρησεν. ἔπειτα τὴν Φώραν καταδραμών, καὶ διαρπάσας μὲν πᾶν τὸ προσπίπτον, καταφλέξας δὲ τὰς περιοικούσας κώμας, ὑπέστρεφεν εἰς τὴν Πτολεμαΐδα. πρὸς δὲ ταῖς ἁρπαγαῖς ἔτι τῶν Σύρων ὄντων, καὶ τὸ πλέον Βηρυτίων, ἀναθαρσήσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ γὰρ ἐπεκεχωρήκοτα συνίεσαν Κέστιον, τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἀδοκήτως ἐπέπεσον, καὶ περὶ διχιλίους αὐτῶν διέφθειραν.

ια'. Ὁ δὲ Κέστιος, ἀναζεύξας ἀπὸ τῆς Πτολεμαΐδος, αὐτὸς μὲν εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται, μοῖραν δὲ τῆς στρατιᾶς [i] προέπεμψεν εἰς Ἰόππην, προστάξας, εἰ μὲν [k] ἐγκαταλαβέσθαι δυνηθεῖεν τὴν πόλιν, φρουρεῖν· εἰ δὲ προαίσθοιντο τὴν ἔφοδον, περιμένειν αὐτόν τε καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν. τῶν δὲ οἱ μὲν κατὰ θάλασσαν, οἱ δὲ κατὰ γῆν ἐπειχθέντες, ἀμφοτέρωθεν [l] αἱρῆσι [m] τὴν πόλιν ῥᾳδίως. καὶ μηδὲν φυγεῖν φθασάντων τῶν οἰκητόρων, [n] οὐκ ὀπόσῳ παρασκευάσασθαι πρὸς μάχην, ἐμπεσόντες ἅπαντας ἀνεῖλον σὺν ταῖς γενεαῖς· καὶ [o] τὴν πόλιν διαρπάσαντες ἐνέπρησαν. ὁ δὲ ἀριθμὸς τῶν [p] φονευθέντων τετρακόσιοι πρὸς [q] ὀκτακισχιλίοις. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὸ ὅμορον τῆς [r] Καισαρείας [s] Ναρβατηνὴν τοπαρχίαν ἔπεμψε συχνοὺς τῶν ἱππέων, οἳ τήν τε γῆν ἔτεμον, καὶ πολὺ πλῆθος διέφθειραν τῶν ὑπαρχόντων, τάς τε κλήσεις διήρπασαν, καὶ τὰς κώμας καθέφλεξαν.

ιβ'. Εἰς δὲ τὴν Γαλιλαίαν [t] ἔστειλε Κέστιος Γάλλον ἡγεμόνα τοῦ δωδεκάτου τάγματος, τῶν δυνάμει ἴσην ἐκέκτητο πρὸς τὸ ἔθνος ὑπελάμβανεν. τοῦτον ἡ καρτερωτάτη τῆς Γαλιλαίας πόλις

six cohorts & quatuor equitum alas, ac præterea regum auxilia, ab Antiocho quidem duo equitum millia, peditumque tria millia, sagittarios omnes, ab Agrippa vero totidem equites & * pedites duobus millibus pauciores, (nam & Sohemus sequebatur cum quatuor millibus, quorum tertia pars equites, & reliqui sagittarii) Ptolemaïdem progressus est. Plurimi autem etiam ex civitatibus auxiliarii collecti erant, peritia quidem militibus *veteranis* inferiores, alacritate vero & suo in Judæos odio supplentes quod deerat scientiæ. Quinetiam ipse Agrippa præsens aderat Cestio, itineris dux & qui commeatum administraret. Cum autem Cestius partem de exercitu assumpsisset, contendit ad validam Galilææ civitatem Zabulonem, quæ Virorum cognomen habet, & à *nostra* gentis finibus Ptolemaïdem discernit. Cumque offendisset eam à viris quidem desertam (nam in montes multitudo se receperat) omnigenûm autem rerum plenam, illas quidem militibus diripiendas concessit, urbem vero ipsam, quamvis admirandæ pulchritudinis domos haberet, similiter ac apud Tyrum & Sidona & Berytum ædificatas, igne vastavit: ac deinde factis in regionem excursionibus, cum omnia in quæ inciderit depopulatus esset, vicosque circumjectos incendisset, reversus est Ptolemaïdem. Cum autem Syri diutius prædæ inhærerent, magisque Berytii, Judæi recepta fiducia (nam & Cestium recessisse cognoverant) in relictos, cum nihil tale exspectarent, irruebant, & circiter duo ipsorum millia occiderunt.

*Zabulon direpta & incensa.*

*Judæi Syrorum ad duo millia cadunt.*

10. Cestius autem, facto à Ptolemaïde discessu, ipse quidem Cæsaream pervenit; in Joppen vero partem præmisit exercitus, cum mandatis, ut urbem, si eam occupare potuissent, custodirent: sin vero *cives* incursum illorum præsentirent, tam suum quam cæterorum militum præstolarentur adventum. Cæterum illi, alii quidem mari, alii vero terra celeriter profecti, utrinque urbem facillime capiunt. Et, cum habitatores nec fugam maturare potuerint, nec ad pugnam sese parare, illos adorti omnes interfecerunt suis cum familiis, direptamque civitatem incenderunt. Cæsorum autem numerus erat ad octo millia & quadringentos. Similiter & in Narbatenem toparchiam Cæsareæ finitimam non paucos misit equites, qui & terram vastarunt, & magnam indigenarum multitudinem peremerunt, & facultates *eorum* diripuerunt, vicosque incendio consumpserunt.

*Romani capiunt Joppen; eamque cum aliis locis incendunt.*

11. In Galilæam autem misit Cestius Gallum, legionis duodecimæ ductorem: eique tantam militum manum attribuit, quantam † genti *coercendæ* satis fore existimabat. Hunc validissima Galilææ civitas

XXIII. *Quanam Gallus, à Cestio missus in Galilæam, patrarit.*

[s] Δὲ ἐξ σπείρας,] *Rost.* Τι ἴξ ἴλας & sic utrobique.

[t] Ἀντίοχος μὲν διχιλίους] De quo Antiocho Epiphane supr. *Ant.* lib. 19. c. 8. §. 1. & infr. lib. 5. c. 11. §. 3. ut & *Dio Cass.* lib. LIX. p. 645. C. SPANH.

[v] Ἱππεῖς,] Addit *Lugd. Bat.* ἐπιλέκτους. Sed quoniam neque *Epiphan.* nec *Alii* agnoscunt, influxisse existimo ex versu secundo superiore, ubi quoque invenitur. HAV.

[x] Διχιλίων] Sic *Big.* χιλίων *Aliis.*

[y] Σόεμος] Conf. supr. §. 6. SPANH.

[z] Τετρακισχιλίων,] Ita in *MSS.* (ut & *Lugd. Bat.*) nec aliter legebat *Ruf.* τρισχιλίων in *Editis.* HUDS. Μετὰ τετρακισχιλίων. *MS. Lipsi.* & *Rufin.* SPANH.

[a] Ἀντικληροῦντες.] Ἀναπληροῦντες *Bod.* & *Rost.*

[b] Γαλιλαίας] Ἰουδαίας *Bod.* & *Rost.*

[c] Ζαβυλῶν,] Ζαβυλῶνα *Big.* HUDS. Ζαβυλὼν Hiramo Tyriorum Regi à Salomone data. *Adversus Apion.* lib. 1. §. 17. SPANH.

[d] Ἀνδρῶν,] Ἀνδρὼν *Voss.* ἀνδρίων *Bod.* Ἀνδριῶν *Rost.*

[e] Καταλαβὼν δὲ αὐτὴν] Καὶ καταλαβὼν αὐτὴν. *Big.*

[f] Καταπεφύγοτι] *Lugd. Bat.* Ἀναπεφύγοτι.

[g] Ἔφηκε] *Rost.* Ἀφῆκε.

[h] Θαυμαστῶν κάλλους] Θαυμάσας δ' κάλλος *Bod.* & *Gall.* atque ita *Ruf.* qui vertit, *quamvis admiratus esset ejus pulchritudinem, quippe domus habebat similiter*, &c.

[i] Προέπεμψεν εἰς Ἰόππην,] Ita in *MSS.* προέπεμπεν in *Editis.*

[k] Ἐγκαταλαβέσθαι δυνηθεῖεν] Καταλαβέσθαι *Bod.*

[l] Αἱρῆσι] *Gen.* Αἱρῆσι τὴν Ἰόππην ταχέως. *MS. Lipsi.* & *Rufin.* αἱρῆσι τ. Ιοπ. ῥαδίως. SPANH.

[m] Τὴν πόλιν ῥαδίως.] Ita cum *Cod. Big.* τὴν Ἰόππλω ταχέως (ῥαδίως *Rost.* & *Lugd. Bat.*) in *Editis Aliisque.* nisi quod *duo codices* ῥαδίως habeant pro ταχέως.

[n] Οὐκ ὅπως] Οὐχ ὅσον *Bod.* & *Rost.*

[o] Τὴν—ἐνέπρησαν.] Joppe restaurata à Judæis vid. infr. lib. 3. c. 8. §. 2. SPANH.

[p] Φονευθέντων] Ἀναιρεθέντων *Bod.* & *Rost.*

[q] Ὀκτακισχιλίοις.] Ὀκτακισχιλίοις *Big.* & *Bod.*

[r] Καισαρείας] *Rufinus*, aliis forsan *codicibus* usus, reddit *finitimam Cæsareæ Nabartenem toparchiam.*

[s] Ναρβατηνὴν τοπαρχίαν] Ita cum *Cod. Big.* Ναρβατίνην ἐπαρχίαν in *Editis Aliisque.* Ναρβατινὴν ἐπαρχίαν *Bod.* Ἀραβατίνην ἐπ. *Voss.* HUDS. *Gen.* Ναρβ. ἐπαρχίαν Conf. Νάρβαλα supr. l. 2. c. 14. §. 5. SPANH.

[t] Ἔστειλε Κέστιος Γάλλον] *Cestius* est in Græco, is misit Gallum & postea quoque Γάλλος nuncupatur nullo adjecto nomine. REL.

* Peditum mille, & cum Sohemus, *Ruf.*

† Genti expugnandæ, *Ruf.*

civitas Sepphoris cum lætis acclamationibus excipit; aliæque civitates, hujus prudens consilium sequutæ, quiescebant. Qui vero seditionibus & latrociniis operam dabant, omnes se receperunt in montem ipsissimo in Galilææ meditullio *situm*, qui est contra Sepphorin & vocatur Asamon. Adversus eos Gallus ductabat exercitum. Illi autem, quamdiu erant in locis superioribus, facile Romanos ad se accedentes feriebant, & illorum fere ducentos occiderunt. Verum cum Romani facto circuitu ad celsiora perveniissent, illi protinus victi cesserunt; & neque velites gravioris armaturæ militum congressum sustinebant, neque cum equites terga verterent effugiebant: adeo ut pauci quidem inter locorum asperitates delitescerent; duo vero millia & amplius occiderentur.

v Σεπφώρις μετ' εὐφημίας δέχεται· καὶ πρὸς τὴν ταύτης εὐβουλίαν αἱ λοιπαὶ πόλεις ἠρέμουν. τὸ δὲ στασιῶδες καὶ ληστρικὸν πᾶν ἔφυγεν εἰς τὸ μεσαίτατον τῆς Γαλιλαίας ὄρος, ὃ κεῖται μὲν ἄντικρυς τῆς x Σεπφώρεως, καλεῖται δὲ y Ασαμών. τούτοις ὁ Γάλλος ἐπῆγε τὴν δύναμιν. οἱ δέ, ἕως μὲν ἦσαν z ὑπερδέξιοι, ῥᾳδίως τοὺς Ρωμαίους a ἔβαλλον προσιόντας, καὶ πρὸς ὀλιγοστοὺς αὐτῶν ἀνεῖλον. παρελθόντων δὲ καὶ γενομένων b ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις c ἥττωντο ταχέως, καὶ ὅτε d γυμνῆται τοὺς ὁπλίτας συνάδην ἔφερον, ὅτε ἐν τῇ τροπῇ τοὺς ἱππεῖς ἐξέφυγον· ὥστε ὀλίγους μὲν ἐν ταῖς δυσχωρίαις ἁλαθεῖν, ἀναιρεθῆναι δὲ e ὑπὲρ δισχιλίους.

## CAP. XIX.

## ΚΚΦ. ιθ'.

*Quæ res Cestius adversus Judæos gessit. utque, cum Hierosolyma obsedisset, præter omnium exspectationem ab urbe discessit: & quænam dum revertitur à Judæis passus est.*

Οσα Κέστιος κατ' τῶν Ιουδαίων ἔπραξε. καὶ ὡς Ιεροσόλυμα πολιορκήσας προδαλογώτατα ἀπὸ τῆς πόλεως ἀνέζευξεν· οἷά τε κατ' τὴν ὑποστροφὴν πρὸς τῶν Ιουδαίων ἔπαθεν.

*Quænam gesserit Cestius Hierosolyma ascendens.*

